6
36-c
6

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
25 B
58

Digitized by Google

Digitized by Google

CENTVM
ANAGRAMMATA
In Laudem
S. D. N. VRBANI VIII.
PONT. OPT. MAX.

AVTHORE

MELCHIORE DA GRAÇA
Luſitano Mathoſinienſi I. V. D.
Protonotario Apoſtolico, & Canonico Secculari Congreg. S. IOAN. Evangeliſtæ.



BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Velitris, Apud Alphonſum de Inſula, 1644.
Superiorum Permiſſu.

Imprimatur; Si videbitur Domino Canonico Deputato.

Antonius de Federicis Vic. Generalis.

Imprimatur.

Io. Baptiſta Catelina Canonic. & Prothonot. Apoſt. pro Reverendiſs. P. Mag. Sacri Palatij Apoſt. Deputatus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Ad

Ad Beatiſsimum D. N.

VRBANVM VIII.

Pontificem Max.

BIBLIOTECA NAZ ROMA VITTORIO EMANUELE

DEVM in magnis repraeſentat S. V. Beatiſsime Pater; at ſi benigno Numine, generoſaq. urbanitate (vt aſſolet) vrbaniſsimum, & Auguſtiſsimũ Sanctitatis Veſtrae Nomen in ſacrificium hac anguſtà Tabellà delineatum, ſed meo animo quaſi inſculptum S. V. ſuſceperit, in hoc vel maximè Deum repraeſentabit.

(✱)

Digitized by Google

Illuſtriſsimis, & Excellentiſs. Principibus
D. D. FRANCISCO DE SA MENESIO
Comiti de Penaguiam;
Mathoſini, & Laetiae Toparchae,
Antiquiſsimi Calis Maioratus,
(A quo florentiſsimum Portucaliae Regnum
Nomen ducit)
Legitimo Domino, & poſſeſſori;
Philipporum III. & IV. olim Cubiculo,
Militiae, & Arcibus inclytae Vrbis
Portucalenſis;
Nec non
Regio ejuſdem Patrimonio,
Praefecto;
Commendatori S. Iacobi de Caſsèm;
Magno
Belli, Statuſq. Luſitani Imperij
Conſiliario;
Generoſiſsimae SADARVM Familiae
Principi:
Ac
D. D. IOANNI RODRIGVEZ DE SA
Meritiſsimo ejus Primogenito;
Cubiculo Luſitanorum Regis
Praefecto;
Commendatori S. Petri de Faro,
Heroicarum virtutum ipſius Maiorum,
Tàm
Ex virili SADARVM

Quàm

Quàm
Materna Columnarum in Italia;
Almeydarum, Albuquerciorum, Attaidarum,
Meneſiorum, &c. Progenie,
In Luſitania, Nobiliſsima, verè
Haeredi, & imitatori egregio

Melchior da Graça.

F. P.

NOvus Ariſtaeus non aeria, ſed aetherea, nec parcas, ſed Regias Apes, & non ruſtici, ſed urbani, & dulcioris mellis dona verè caeleſtia decantare ducebam. Grandis audacia fuit, Excellentiſsimi Principes, peregrinum iter ancipiti eventu probare, coeloq. incertus fidere. Sed ſi VRBANAE APES, Iovis noſtri alites me ſuis alis ſuffulciant, firmioriq. cerâ pennam meam ſuſtentent, felicem curſum, ac viam certam felicibus avibus tranſgrediar; & jam, non cantu, ſed ſubjecto, nec opere, ſed argumento, Templum

--- aere perennius,
Regaliq. ſitu Pyramidum altius

conſtruxerim, cuius foribus, & alarum remigium, & animi promptitudinem affectiſsimi devouerim. Vobis igitur Humaniſsimi, & Excellentiſsimi Principes tot à magnificentia veſtra in Patrem

Avos, & Avunculos collata beneficia, tot egregia in D. Ioannem Soàrez de Brito fratrem meum germanum, non praeſentis tantùm in VRBANVM VIII. Pont. Opt. Max. & Excellentiſsimam Domum Barberinam, ſed haereditariae cauſas devotionis in Regiam SADARVM Gentem ſignificare Nos lubentiſsimè invitant. Vrbanitatis quoque veſtrae erga Me non immemor, nedum editi Opuſculi rationem, verum etiam cogitationum mearum non reddere indigniſsimum nefas putarem. Nec hoc quale quale munuſculum alienum Vobis, nec ingratum fore arbitror, imò tanquàm proprium, jure optimo Celſitudini veſtrae etiamnùm dicandum iudico; nam praeter meritiſsimi Parentis VRBANI cauſam, Columnarum nobilitas Barberinae ſuperaddita, materno ſplendore, (qua ratione vobis communis eſt) geminatam poſteris ſuis virtutem acquiſiuit, ita ut Excellentiſſimo D. Carolo Barberino veriſſimè conveniat Ovidianum illud:

------ Deus eſt in utroque Parente.

Quarè aequè certiùs dixerim Templum ſtruxiſſe; Templum, inquam, Famae, Aeternitatiq. dicatum; hac nanque Columnà multiplicata illud fulciri, ſtabiliri, & firmari non dubitaverim, ut

------- nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.

Non omittam, vltra beneficia Domi accepta, etiam nomine veſtro foris experta, tam ab Eminentiſsimo

D. Car-

D. Cardinali Columna, quàm ab Excellentiſsimo Principe de Carboniano; quorum protectionem cui niſi Vobis referam? Circumſpecta ideo tanta beneficiorum mole, nihil aliud cantabo, quàm

------ quod Nos

Veſtri cura prior, delitiaeq. ſumus.

A D

Digitized by Google

AD LECTOREM.

E Forenſi ſtrepitu miſerorum Patronus, in Muſarum receſſus alienas deflexi. Deſcendi nunc de Monte in Vrbem, & aſcendi de Montano ad Vrbanum; quis crederet! Eſto ſit rudis ſtylus (jacta alea eſt) materiam tamen ecquis negabit urbanam? Audaciam dices (humaniſsime Lector) ſcribere verſiculos ad Romanum Pontificem: Et, quod plus eſt, ad Pontificem VRBANVM. Quid inde? In magnis audere non eſt magnum? Non decebat quamvis implumem Aquilae filium Solem intueri? Haud equidem è Nobiliſsima Congregatione S. Ioannis Evangeliſtae profanos hauſi ſpiritus. Anagrammatum titulo inſcribi libuit hanc tranſverſionem literarum, quarum ſingulae ex VRBANVS OCTAVVS reddunt dictionem, nec erat poſsibile, in tantâ anguſtiâ, tot Anagrammata recta conſtituere, quot ad propoſitum hiſce obliquis expreſsi. Animaduertas igitur animum meum in S. D. N. Vrbanum VIII. Pont. Opt. Max. ſummè propenſum, cuius ſit index hoc ipſum nudum Opuſculum, quod aequi, boniq. conſulas, Vale.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO.EMANUELE



VRBANVS.VIII.P.M.

Digitized by Google

Digitized by Google

VRBANO VIII. Principi verè urbano,
Patria Hetruſco, Gente Barberinâ,
Dignitatum omnium iubariſplendidiſsimo,
Cujus virile ingenium, animi fortitudo,
Vitae probitas, & conſummata eruditio,
Succeſſoribus aemulãda, Anteceſſoribus invidenda,
Parem nullo ſaeculo habuerunt.
Quem ſolum virtus ſolida
Ad Romanum Solium ſuſtulit,
Quin potiùs tanquàm Solem tulit,
Vt Mundi tenebras virtutum radijs illuminaret.
Sed; Heu! Heu Mortales! Legem legite, & lugete:
Hic, hic Nomine, & Numine Auguſtus,
Quem totus ferè non capiebat Orbis,
In hoc anguſto ſarcòphago, tantae lucis occaſu,
Clauditur, & jacet praeda Libitinae.
Imò eliminatâ Mortis eclipſi,
exutâ mortalitate (virtus interitu caret)
In Caelo gaudete, plaudite, Divũ comes refulget,
Nam Illum Fama *ſuper alta perennis*
Aſtra ferens, immortalem reddidit,
Virtus ipſa Indigetem delegit.
Melchior de Gratia, Luſitanus, Mathoſinienſis
I V. D. Proton. Apoſt. (bat
Qui olim devoti animi Anagrãmatũ Libellũ para-
Ipſi offerre, poſthumum modò, voto parentabat;
Ac quod in ferias legendum proponebat,
Inferias, & monumentum chronicon ponebat:
VRBANI OctAvI TuMuLus. Subſiſte viAtor:
HIC IACet urbAnae Gloria ſumma DOMus.

Digitized by Google

VRBANVS OCTAVVS
Supremi Nominis
Vniuerſale Anagramma:
Opuſculum
Vario theamate conſcriptum,
Beatiſsimo Vrbano
Romanae veritatis Atlanti
Sacrum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VRBANI capit univerſa NOMEN:
Quid mirum! capit univerſa NVMEN.



Digitized by Google

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma II.

Ad Beatiſsimum D. N. Vrbanum VIII.
Pont. Opt. Max.

V. T. N.
B. V.
C. O. V.
R. A. S.
S.
A. V.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Dicit:

Vrbaniſsimo tuo nomini,
Beatiſsime Vrbane,
Chriſti Optime Vicarie,
Religioſo amoris ſtylo,
Summiſsè
Anagrammata voveo.

I.

Amore ductus PRINCIPIS OPTIMI,
Audax petivi ſidera; Tu fave
VRBANE, diſpenſator aulae
Caelicolum, potiora dando.

Si

II.

Si TV forte legas Anagrammata noſtra, parumper
,, Terrarum Dominum pone ſupercilium.
Munera parva Deus non deſpicit; IPSEq. nobis
VRBANVS comis es, fronte ſerenus eris.

III.

Carmina dono TIBI, ò Mundi tutela, ſaluſq.
Soſpite quo placidum credimus eſse Deum.
Si non deſpicias, ego TE legiſſe putabo,
Luſiadum & meritâ ſimplicitate fruar.

IV.

Vrbanos tentare modos mea ruſtica Muſa
Conatur, dulci faveas VRBANE liquore,
Vt, mare magnum hoc tranantem, fortuna petitum
Ad portum ſinat ire ratem, cum remige tutam.

V.

Non laus ipſa, Deum ſed mens laudantis, amatur:
Si non vis laudem cernere, cerne animum.

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma III.

Ad Eminentiſsimum Card. D. D. F.
Antonium Barberinum.

A. C. A.
S. O.
V. N. B.
V.
V. V. T.
R. S.

Dicit:

Accipe Cardinalis Ampliſsime
Sancti OnuphrI
Veridicum nomen Beatiſsimi
Vrbani
Vniverſali virtutum titulo
Rectiſsimè ſignatum.

I.

Hoc opus VRBANI meritis ego iure dicavi;
Rursùm Germano dedico iure TIBI.

An-

II.

AntonI effigiem praeſtas ANTONIVS alter:
Imò olim effigiem praeſtitit ille tuam.

III.

Quàm benè corde tuo ſyncera in ſede moratur
Candiditas animi, Relligionis amor.
Quàm ſolida emicuit ſemper tua Regia virtus,
Poſtquàm Purpureus munia ſumma geris.
Ergò eadem de TE virtus clamore fatetur:
Quae fueram Iuvenis, ſum comes ipſa Senis.

IV.

Si me reſpicias favore dio,
Quid deeſt? Omnia conſequi putabo:
O PRINCEPS humili fave Poëtae,
Mi nil maius erit tuo favore.

VR.

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma IV.

Ad Eminentiſs. Card. D. D. Franciſcum Barberinum S. R. E. Vicecancell.

T.

S. N. A.

V.

V. C. B.

V. R. V. O.

A. S.

Dicit:

TIBI,

Sub nomine Auguſtiſsimo Vrbani,

Vrbaniſsime Cardinalis Barberine,

Vir Regijs virtutibus ominate,

Anagrammata ſacro.

I.

FRANCISCE Italiae decus, vrbaniſsime Princeps,
Accipito vrbanâ munera parva manu:

Sum-

II.

Summe Palatinae cultor Franciſce Mineruae,
VRBANO frueris qui propiore TVO;
CVI ſoli ingentes Mundi cognoſcere curas,
Et ſecreta Dei pectora noſſe datur;
Inſtent mille licèt curae, tamen IPSE videto
Hunc Libri titulum Nominis eſſe tui.
Cerne animũ, qui cũcta vides, mihi ſufficit vnũ hoc:
Egregijs mentem poſſe placere viris.

III.

Si Tibi magne placet noſter FRANCISCE libellus,
VRBANI poterit laetus adire manus.

Digitized by Google

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma V.

Ad Eminentiſs. Card. D. D. Antonium Barberinum S. R. E. Camerarium.

ANTO. C. BAR.

S. V.

V. V. V.

S.

Dicit:

Antonio Cardinali Barberino
Singulari veneratione
Victrices virtutes Vrbani
Sacro.

I.

VRBANO haec Anagrammata impoſita,
Quae duxi, optime Cardinalis, olim
Offerre, ingenio parùm favente,
Vrbano Tibi PRINCIPI dicamus;
Vt me dignè Italum benignus Orbis,
Ornandum fore, laude Barberina,
Plauſu iudicet, & probet legendum;
Ac vt LAETIA defluat perenni,
Heroum ad mare, fonte gratiarum.

Ac-

II.

Accipe magne Heros verae praeludia laudis,
Dum tua grandiloquo carmine facta paro.

III.

O Italae nova gloria Gentis,
ANTONI, generoſa Deorum
Progenies, Mavortis imago;
Si litui clangore tubarum
Permixtus ſonus, atque ferocis
Hinnitus, TIBI, quadrupedantum,
Permittunt audire Camaenam,
Quam, noſtri ſub tegmine fagi,
Agreſti modulamur avena,
In laudem Patrui Dominantis
VRBANI, non carmina culta
Expectes, ſed pignus amoris;
Devotiq. animi monumentum
Egregium; famoſus inundat
LAETIA, Romanoſq. peragrat,
Me Duce, meq: Interprete, campos;
Nam vires dedit ipſa voluptas,
Vt MATHOSINIA littora linquat,
VRBANORVM ad facta canendum.

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma V I.

Ad Excellentiſs. D.D. Thadeum Barberinum, Almae Vrbis Praefectum, Copiarum Pontificiarum Generalem Ductorem, Principem Praeneſtis Ereti Ducem, &c.

N. V. V.
B. CASTRA
V. O. V.
S.

Dicit:

Nomine vrbaniſsimi Vrbani
Bellica Caſtra
Vexillo optimo viriliter
Suſtines.

I.

Defenſor Caeli, & Terrae, fortiſsime PRINCEPS,
Non modò TADEVS, ſed MACHABEVS eris.

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma VII.

Ad Excellentiſs. D D. Annam Columnam, & Barberinam.

AN. CO.
TA. SV. V.
B.
R. V. S. V.

Dicit :

Annae Columnae,
Thadei ſuauiſsimae Vxoris,
Benignitati,
Res Vrbani ſubmiſsè voveo.

I.

VRBANI domus alta mihi PATRONA vocetur;
Sic coeptis aberit nulla COLVMNA meis.

Digitized by Google

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma VIII.

Ad Excellentiſs. D.D. Conſtantiam Barberinam.

CONST. AV. V.

S.

A. B. V.

R. V.

Dicit:

Conſtantiae auguſtiſsimarum virtutum Sectatrici Anagrammata Beatiſsimi Vrbani Reuerentèr voveo.

I.

O fundamen, & altitudo Templi,
O CONSTANTIA vera, lumen Orbis,
Binis Numinibus columna fortis,
TE ſpero mihi fronte qua ſerenas
Caelum, nobile Numen affuturum.

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma IX.

Ad Excellentiſs. DD. Sorores D. Innocentiam, & D. Mariam Gratiam, Barberinas.

V. A. SOR.

B. V.

N. V.

A

T. C. S. V.

Dicit:

Vobis ambabus Sorores,
Beatiſsimi Vrbani
Nomen vrbanum
Alternatim
Toto corde ſacrum volo.

I.

Iunctae GRATIA, & INNOCENTIA adſunt;
Felix Gratiae, & Innocentiae Aſtrum.
Magno, GRATIA nuncupatus, auſu
Scripſi nomina MAXIMI PARENTIS,
Et VOBIS Opus hoc dico SORORES.

VR-

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma X.

Ad Excellentiſsimum D. D. Carolum Barberinum, Romanae Arci S. Angeli Praefectum.

SVAV. CAR. B.

O.

S. V. N.

T. V.

Dicit:

Suauiſsime Carole Barberinorum
Optatiſsime,
Sanctiſsimi Vrbani nomen
Tibi voveo.

I.

CAROLVS urbano micat ore ſub Orbe: quid inde?
CAROLE, re Magnus, nomine Magnus eris.

II.

Vrbanae CAROLVS praeſidium Domus,
Spes florens generis, ſola Nepotibus
Alto ſufficies germina ſtemati,
O rarus pueri decor.

Qua-

Quales è gravido germine gloriae
Fructûs provenient indolis inclytae,
Laturi Italiae Sceptra mellifluâ
Auguſtis Patribus manu!

III.

Non aliud mihi mente paro ſuauiſsime Princeps,
Quàm quòd ad Vrbanum carmina noſtra feras.
Praemia magna tuli; videam ſi fortè libellum
VRBANI ad ſacros poſſe venire pedes.

VR-

Digitized by Google

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma X.

Ad Excellentiſs. D. D. Maffeum Barberinũ.

VRBA. N. O.
V. V. C.
A. SVST.

Dicit :

Vrbani nomen, omen,
Virtutes, vrbanitatem, comitatem
Admirabiliter ſuſtines.

I.

Eſt MAFFEE TIBI Maffei dulcis imago,
Vis animi, probitas; ſpes quoque ſera viret
VRBANI augurij, nam nunc urbanus haberis,
Quidque latens dio nomine numen habes.
Hoc ſummum natura dedit, virtuſq. Parentum:
,, Conveniant rebus nomina quaeque ſuis.
Ergò te ſperare decet, nomenq. potiri
Vrbanum, meritis ſtat ſua certa dies.

II.

Tempora ſic videas triplici redimita Corona,
Sic annos vivas laetus in Vrbe tuos.
Dicas Muſarum Domino: Lege Magne libellum;
Simplicitas Lyſij digna favore tuo eſt.

VR-

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XII.

Ad Excellentiſs. D. D. Nicolaum
Barberinum.

S. T. O.
V C. V.
A.
N. B.
S. V. A.
V. R.

Dicit:

Spero tuo omine,
Virtute, comitate, urbanitate
Auſpicibus,
NICOLAE BARBERINE,
Sanctiſsimum Vrbanum Anagrammata
Viſurum, recepturum.

I.

O lux magna, Poliq. BARBERINI
Sidus, gloria nobilis Parentum
Magnorum, lege (ſi placet) Camaenam
Hanc, devoti animi notam; meoq.

Digitized by Google

Rubenti dato carmini vigorem;
Sic ab ore tuo hauriet lepores,
Et hoc ambroſeo; poteſt ad aures
VRBANI faciles volare, melle.

II.

SI TIBI flos pueri grave non eſt, hoc precor unum:
Admittas facili carmina noſtra manu:
Et cũ tẽpus erit, quo vultu VRBANVS amoeno eſt,
Quo nil ſupplicibus, credo, negare ſolet,
Porrigito dicens: Si carmina ruſtica ſunt haec,
Materia eſt quoquo carmine digna legi.

VR.

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma XIII.

Ad Excellentiſsimam D.D. Lucretiam Barberinam.

O. V.

S. V. T. A.

B. V. A. N.

C.

V. S. R.

Dicit:

O virgo

Splendidiſsimis virtutum titulis adornata,

Benevolo vultu aſpice noſtra

Carmina

Vrbanum ſplendorem referentia.

I.

Lucis ò nomen referens Eoae,
Inſtar Aurorae comitis, pudicae
Mentis aura, haereſq. animi Parentum,
Surge Virago.
Surge, Regales generis nitores
Concipe, & lucis decus offerentis,

Nam Tibi puri radians Olympi
Gloria fulget.
Te nitens ſlammis Oriens coruſcis
Aſtat, & Regum cupiere taedae,
Mille te circum volitant amores,
Surge Virago.
Flecte nunc dulces oculos tuendo
Regnaq. & latè Populos, & Vrbes
Galliarum, ac Italiae, Heſperiq.
Divitis undas.
Cerne ut Europae Proceres repoſcant
Nuptias nodo ſtabili ligare;
Vt frequens vltrò veniat camaenis
Pronuba Iuno.
O quibus laetabere gaudiorum
Motibus? mirata novos honores,
Cum tibi affuſis Oriens tributis
Seruiat vni.

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XIV.

Ad vrbanos Lectores.

S. T. N.

B. V. R. A.

A. O. C. V.

S. V.

V.

Dicit:

Solo triumphali nomine
Beatiſsimi Vrbani Romani Antiſtitis
Autorem Opuſculi conſpicuum videtis,
Splendidiſsimi viri.
Valete.

I.

Scribimus VRBANOS, ingentia nomina, SOLES;
Dum ſecla VRBANI nomine in Orbe micant.

II.

Si me fortè legat rudem Libellum
VRBANVS; quota nominis paratur
Nobis gloria! nam ſuperbus, illi
Vni lectus, ab omnibus probabor.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Nul-

IIII.

Nulla mihi laudem captandi eſt, nulla voluptas
Sperandi curae praemia ferre meae.
Vna mihi laudādi VRBANVM aeterna voluptas
Eſt, erit, & ſemper gloria magna fuit.

VI.

VRBANO fructus, noſter quos praebet agellus,
Offero, Lectores grandia plectra ferent.

V.

VRBANVM illuſtres olim cecinere Poetae:
Nunc humilis Magnum cur tua Muſa canit?
Non ego Lectores temerarius alta petivi;
VRBANI comitas munera parva capit.

VI.

Lectores, Montanus ego, MATHOSINIVS olim
Me genuit; veniens Almam ter miſſus ad Vrbem,
Vt poſſem nomen ferre, atque urbanus haberi,
Vrbanum ſcripſi; VRBANVS mihi carminis ingēs
Materia eſt. Quanquam dicar Phaëtontis imago,
„ Alta petens audax, & quae non viribus iſtis
„ Munera conveniunt, ſatis eſt potuiſſe videri,
Vt cum Vate loquar; repetens ab origine cauſam:
Luſiades quondam VRBANVM concepit honorē,
„ Quem ſi non tenuit, magnis tamen excidit auſis.

VII.

Nos tenui cantare lieit cithamur avena,

Ma-

Materià arctamus grande Maronis opus.

VIII.

Deſcribent alij fera bella, Cupidinis artes;
Vrbanum Auguſtum carmina noſtra dabunt.

IX.

Ingentem Vrbanum parvo hoc in carmine Lector
Aſpice, at ILLE meo in carmine Magnus adeſt.
Nulli Lectorum tenuiſsima Muſa placebit:
Si non vena placet carminis, Ille placet.

X.

Si carmen legeret meum libenter
VRBANVS, ſcio me placere Romae;
Imò Orbi (haud dubito) placebo toti.

XI.

Praemia non ſpero, nec cuiquam fictus adulor:
Cogit amor veri carmine vera loqui.

XII.

„ *Admiranda canunt, ſed non credenda Poëtae:*
Vulgus iners iactaverat olim;
Credita ſed doctis Nos admiranda canemus:
„ *Vos procul, ò, procul eſto, prophani.*

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XV.

VRB. SAN. V.

VOCATVS.

Dicit :

Vrbis ſanitati VRBANVS

Vocatus.

I.

VRBANVS Petri Succeſſor, & Orbis Ocellus :
Nomine vera ſalus, Numine vera ſalus.

II.

Romanae VRBANVS non eſt Podalyrius Vrbis ?
Imò plus; Medicus corporis, atque animae.



VR-

Digitized by Google

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma XVI.

V. N. S.

B. T. V.

V. S,

O.

R. C. V.

A. A.

Dicit:

VRBANI nomen ſuauiſsimum,
Bino ternario vrbanius,
Vnico Septenio
Optimum,
Romani culminis vicem
Admirabiliter adauget.

I.

Non fuit VRBANO terrarum urbanior Orbe,
Nec tam formoſum nomen in Vrbe fuit.

II.

VRBANVS tanti menſuram nominis implet,
Vrbanum VRBANVS nomen, & omen habet.

III.

Vrbanus nomen ſplendens pulcherrima claudit ;
Syllaba trina uno , ſeptenaq. litera verbo eſt .
Litera quaeq. refert Septem formoſa trionis
Stellarum laudem, & caeleſtia Signa *Planetas .*
Syllaba in Vrbanus trina eſt , quem Burdigalenſis
Auſonius laudans numerum, ſuper aethera tollit .
Sic & in Vrbanus junguntur ſeptima Trino ,
Redduntur q. iterùm numero ternaria Septem *,*
Vt ſimul Vrbanus ſplendens pulcherrima claudat.

VRBANVS OCTAVVS
Anagramma XVII.
V. N. V. O.
A. R. T.
C. S.
B. V. A. V.
S.
Dicit :
Vno nomine VRBANI Octavi
Annoſa rixa Ternarij
Cum Septenario,
Benigno unionis aſtro vſquequaque
Sopitur.

I.

Felici numerum decore Trinum
Septeno, duplici cadente ſorte,
VRBANI ſociavit optimum Aſtrum.
Ceſſat quaeſtio Septimi, atque Trini
Aeternùm Numeri, unico favore
VRBANI, illius aſtra nomen ornant.

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XVIII.

ARB. VNVS

VOCATVS.

Dicit:

Arbiter unus

vocatus.

I.

OCTAVVS, tanto, quod militat Orbe, vocatus:
VRBANVS populis Arbiter unus erit.

II.

Romanae VRBANVS Dominator maximus Vrbis
Omnia divino temperat arbitrio.

III.

Vnus ad arbitrium terrarum ſumitur Orbis
VRBANVS, felix, qui litigat ante tribunal
Ipſius, & longè felicior ille ſuperſtes,
Quem recti Domini ſententia juſta probavit.

VR-

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XIX.

VNVS TVSC. A.

RO. B. A.

V.

Dicit:

Vnus Tuſcus ad Romanam Beatitatem, Admirabiliter vocatus.

I.

Orbi dilectus viuas, Vrbiq. vocatus,
Se TIBI dant omnes, omnibus unus eris.

II.

Te merita, & Caelum ad Romanã Vrbane tiaram
Duxerunt, vt mille feras per ſecula frontem
Emeritam felix cinctam florente coronâ.

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma X X.

SANCTVS VRB. A. VO. V.

Dicit:

Sanctus Vrbi Antiſtes
Voto univerſali.

I.

Vox conſtans populi à Deo profecta;
VRBANVM populus beat merentem,
Non eſt vox populi, ſed eſt Dei vox,
Qui vocem populo referre mandat.

II.

Alta petit livor; ſed non altiſſima; ſemper
Maffeum; Vrbanum ſēper comitatus ovantem eſt
Mirus bonos Procerum; nunquàm contorſit in illū
Invidiam fortuna ſuam, mirata ſupremi
Excelſas animi dotes, vitamq. beatam.
Ergò de Invidiæ ſtimulis Vrbana triumphat
Gloria, rara ſuae producens nomina Genti.

VR-

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XXI.

VNVS VRB. TVSC.

A. O. A.

Dicit:

Vnus Vrbanus Tuſcus
Anteceſſores omnes adaequavit.

I.

Grandia Pontifices fecerunt multa, nec ipſe
VRBANVS fecit tempore parva ſuo.

II.

VRBANI Imperio, liceat mihi dicere verum,
Præferri poſſunt tempora nulla ſacro.
Lancea juſtitiæ quando moderamine tanto
Emicuit? quando cultior ipſe Deus?
Roma caput Mundi dic quando maxima? ſub quo
Principe Romano gloria tanta fuit?

VR-

Digitized by Google

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma X X I I.

ARBOS T. SVAV. CVN. V.

Dicit:

Arbos Ter ſuavis cunctis Vrbanus.

I.

Protegit VRBANVS ramis felicibus Orbem:
Non tantùm fructus, arboris umbra beat.

II.

„ Non benè conveniunt, nec in una ſede morantur
„ Maieſtas, & Amor; *fabula priſca fuit.*
Sed poſtquàm VRBANI decor incorruptus amavit,
Et ſibi tot gentes conciliavit Amans,
Iam benè conveniunt, *&* in una ſede morantur
Maieſtas, & Amor; *credite, vera cano.*
Ille togae, ille ſagi, populorum cura ſuprema eſt;
Ille etiam in terris cura ſecunda Dei.
Quàm comis arridet? qua maieſtate ſerenus
Effulget? meritò dicitur orbis amor.
Iam benè conveniunt, *&* in una ſede morantur
Maieſtas, & Amor; *credite, vera cano.*

VRBANVS OCTAVVS
Anagramma XXIII.
ORB. SVAV. V.
SANCT. V.
Dicit:
Orbi ſuavis VRBANVS
Sanctiſsimus vir.

I.

Gentiles clypeos APES adornant;
„ Caſtus moribus, integer pudore eſt,
Pulcher nomine, nuncupatus aptè
VRBANVS, quid enim deeſt ſuävi?
Surge Fama, tuas reſolve pennas,
Nubes ſinde, per Aſtra tolle magna
Patris nomina, Roma fer triumphos.

II.

Stemmata mellis habes, tibi carmina dia, ſerenum
VRBANI nomen; dulcia cuncta ſonant.

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma XXIV.

B. V. O.

TVS.

C. S. V. V.

R. A.

A. N.

Dicit :

Beatiſsimus VRBANVS Octavus

Tuſcus.

Civitatem ſuam, vita, virtute

Romano apice

Altiſsimè nobilitavit.

I.

Nunquàm maior eris FLORENTIA; gloria nullo
Nomine maior erit, quàm quod ſis patria Magni
VRBANI Octavi. Quis te jam dicere VT OCTO
Felicem tanto nolit ſub Nomine matrem!

II.

Si tibi nomen ineſt pulcbri Florentia floris;
Quis neget vrbano quod ſis Florentia flore?

VR-

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma XXV.

V. O. R. A.

S. B. S.

V. N. T.

V. A. C. V.

Dicit:

VRBANVS Octavus Romanus Antiſtes
Splẽdidiſsima Barberinorũ ſtẽmata
Virtutes, Nomen, Triumphos
uſque ad Coelum vexit.

I.

Ductum Romuleis ſtemma Quiritibus,
Et mixtum patrÿs nobile Regibus,
„ *Certans tergeminis tollere honoribus*
VRBANVS, ſolio fulgidus aureo,
Sublimi poſuit vertice ſiderum.

Digitized by Google

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XXVI.

T. A. V.

V. O. C.

S.

R. A. B. V.

S. N. V.

Dicit:

Tres Apiculae vaticanae
Vrbani Octaui clypeo
Superimpoſitae
Romanis Aquilis bene volunt,
Sacrum nectar vaticinantes.

I.

Quis poſſit numerare APVM
Dignam Progeniem? Carmine Vergili
Divinam fore credimus.
Ceram, mel faciunt, dulce canunt ſuis
Et parent benè Regibus.
Felices Aquilae quid niſi mellea
Sperent ſecula? Nunc Apes
Illis mellificant ſtemmate melleo,
Summo mellificant Polo,
Vt Romam ſuperis ſedibus inſerant?

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XXVII.

V. R. B. S.

S. A.

A. V.

V. N. V.

O. T. C.

Dicit:

Vltrà Regium Barberinorum Stemma
SOLEM adſcivit
Auguſtiſsimus Vrbanus,
Vt nitore univerſali
Orbis tenebras conſumeret.

I.

VRBANVS Sol eſt. Praefert in ſtemmate Solem,
Quàm benè PRAESVL habes lucida iura Poli!

II.

Inſigne Vrbanae Gentis, caeleſtia dona
Mellis habens; nitido cur modo Sole micat?
Fulgurat VRBANI ſcutum, Sol ipſe, coruſcans;
Non eſt in terris digna tabella ſibi.

VR-

VRBANVS OCTAVVS
Anagramma XXVIII.

R. A.
S. V. O.
B. A. C.
V. T. N.
S. V.
V.

Dicit:

Romanus Antiſtes
Sanctiſsimum Vrbanum Octavum
Benedicens adhuc Cardinalem
Vrbis Tiaram notabiliter
Succeſſori Vrbano
Vaticinatur.

I.

Praeuidit Diadema Paulus olim
VRBANO capiti, annuente caelo,
O caeleſte caput! Tibi in coronas,
Curvatur triplices Apex Olympi.

II.

Ille Romani Pater, atque Cuſtos

Im.

ImperI, prudens venientis aevi
Paulus, VRBANI faciem Quirinae
Aſſore genti
Praecinit; dulci referens loquela
Al tes Regni monumenta ſacri,
Alites rixae immemores, amicas
Nobilis oti.
Ergo & VRBANI bona ſigna Paulus
Omen, & Regni dedit. Imperate
Romulae proli volucres ter amplae,
Terquae beatae.

III.

Et pius emoriens Te Bellarminus adorat:
,, *Crede mihi numen ſenſerat ille tuum.*

VR-

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XXIX.

S. R. C.

B. V.

A. S. T.

N. A. V.

V. V. O.

Dicit:

Sedente Romano Conclavi
Beatiſsimo VRBANO
Antequam Suffragia Tonarent,
Numeroſa Apum Vis
Vrbanas Valvas Occupavit.

I.

Vis Apum, magni Iouis, & Deorum
Nuntiae, VRBANI uolucres, avitae
Indices laudis, memoreſq. lapſi
Caeſaris aevi,
Suave libantes populo Quirini
Omen, V. RBANI, Patribus futurum
Dulce, ternarum ſpecie volucrum
Nomen adorant,

II.

,, *Conſedere Patres, & vulgi ſtante Coronà,*
VRBANI ad valvas Regia turba venit.

Ve-

Venit APIS numeroſa ſatis, valuiſq. reſedit
Mellificans; ſubitò mella porta fuit.
Plaudite Romani tenuere examina portam,
Vt venienti Orbi limine mella ſeras.

III.

Fixit poſte favos, faveas venientibus, Aether;
Dulcia mella viris, ceraq. grata Deis.

F VR-

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma XXX.

V. N. A. V.

R. C. B.

S. V. A. V.

O.

T. S.

Dicit:

VRBANI nomen aſſumpſit Vrbanus
Relicto Cardinalis Barberini
Salutem veram annuntians vniuerſo
Orbi
Transfigurationis ſolemnitate.

I.

MAFFEVS ſolio eleuatus alto,
Felici vice PONTIFEX creatus,
Etſi nomina BARBERINA dempſit
VRBANI accipiens, tamen per Orbem,
Vrbano facilis decore, ſemper
Vrbanus fuit ante nuncupatus;
Sed nunc Nomine, Re ſimul vocatur
VRBANVS, meriti perenne nomen.

VR-

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XXXI.

B. R. C. V.
S. V. V. O.
S. T.
N. A. V. A.

Dicit ;

Belliſsimè Romae coronatum vidimus
Sanctiſsimum virum Vrbanum Octauvm
Splendidiſsima Tiara
Nobili Archangeli victoris Anniuerſario.

I.

Edixit Michael ; DEVS ſupremo
Regnabit ſolio ; gubernet Orbem
VRBANI, Decor altus, vniuerſum.

II.

Haec VRBANE dies, iam ſcis, Michaelis, in Orbem
(Quae felix, & fauſta ſit) auguſtiſsima miſit
Magni Pontificis, diuini nomina VATIS.
Iſta dies Pylio veniat numeroſior aevo,
Claudat Olympiadas fatali luce perennes,
Aeternoq. colat redeuntia ſaecula luſtro,
Vt clament omnes: Vrbanus curam Deorum eſt,
Vt credant omnes Anagrammata vera profari.

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XXXII.

A. O. B.
V.
V. C. V.
S.
T. V. N.
R.
S. A.

Dicit:

Ad obedientiam Beatiſsimo
VRBANO
vero Chriſti Vicario
Significandam,
Tranſmittuntur vltrò Nuncij
Regum
Sedi Apoſtolicae.

I.

Stella viam, Chriſto, demonſtrat Regibus, Orto:
VRBANO nato, monſtrat Apollo viam.

VR-

VRBANVS OCTAVVS
Anagramma XXXIII.
C. R. N. S.
S.
A. V.
A. B. T.
V. O. V.
V.

Dicit:

Chriſtianos Reges non ſolitos
Salutare
Antiſtitem vniuerſalem,
Ad Beatiſsimum tamen
Vrbanum Octauvm veniſſe
vidimus.

II

'RBANI iubar exeuntis Ortum
lluxit radijs Polis vtriſque:
)uid mirum veniant plagis remotis
'eges appetere hanc ſalutis Arcem?

VR-

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XXXIV.

S. B. V.

N. A. R. A.

O.

T. V.

S. V. V.

C.

Dicit:

Sapientia, benignitas, vrbanitas,
Nomen, altitudo, Religio, aequitas,
Oratio
Tot virtutes
Sanctiſsimum Vrbanum vnicum
Conſtituunt.

I.

Mundum gubernans (ſeculis vnquam ſuis
Tantùm favoris, pace dicamus data,
Non vidit Orbis) Nomen ad Cœlum vehit
VRBANVS alto numine Auguſtus ſacrum,
„ Omnes in VNVM contulit laudes Deus.

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma XXXV.

V. O. V. S.

B. R. N. A.

C.

V. T.

V. A. S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Dicit:

VRBANI Octavi vultus ſerenus,
Benignus, rubicundus, nobilis, admirabilis,
Clarus
Vitio terribilis,
Virtuti autem ſuauiſsimus.

I.

Afferet Omnipotens vultum placidum bonis, in illo
Die, viris, triſtem malis, ſupremo,
TV Iouis ipſe loco das munia, iudicaſq. Mundum
VRBANE, vultum ſortière talem.

VR-

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XXXVI.

C. R.

S. S. V.

A.

V. O. B.

T.

N. A. V. V.

Dicit:

Chriſtianiſsimo Regno
Societatem ſapientiſsimorum virorum
Amotam
Vrbanus Octauvs breui
Tempore
Nuncium agens victor vinxit.

I.

Diſperſos Ieſus Socios in Regna reducis;
Hoc Chriſti in terris, ò Bone PASTOR habes.

(s)

VR-

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XXXVII.

V. C. N.

A. S.

B. V. V.

A. R. O. S.

T. V.

Dicit:

Vt Chriſti nomen
Augmento ſupercreſceret
Bonae virtutis viros
Ad remotiſsimos Orbis receſſus
Tranſmiſit Vrbanus.

I.

VRBANVS radios rotans in Orbem,
Haud ullas patitur polo tenebras.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XXXVIII.

N. A. V.

T. V.

R. C. V.

S. V. A.

O.

B. S.

Dicit :

Niſi aliquis vigilantiſsimo
Tempore Vrbani
Rectiſsimi Chriſti Vicarij
Singulares virtutes apertiſsimè
Oſtenderit,
Beatitas ſilebit.

I.

Incorruptus eris teſtis ad omnia
Tempus; judicium te duce geſſerit
Rectum, & nobile, cui nunc
Aſsiſtit tua veritas.

VR-

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma XXXIX.

A. V.

R. V. N.

T. C. V.

A. S. O. B.

S. V.

Dicit:

Alberſtatenſem Vulpem,
Romanae vineae nocentiſsimum,
Tempore creationis Vrbani
Ad ſummam Ordinis Beatitatem,
Stupefactam vidimus.

I.

Quando Oriens rutilat gratâ vice lucis exeuntis,
Vulpes fugantur vineâ relictâ.

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma X L:

T. S. A. B.

V. VA.

S. R. V.

O.

N. C. V.

V.

Dicit:

Tempore ſanctiſsimi, ac Beatiſsimi

Vrbani Antiſtitis,

Sultan ſeguet Romanæ veritati

Obedientiam,

Nomine communi univerſaliter

Vovit.

I.

Iam Sol Pontificum calidus penetravit Abyſſos;
Sol & Abyſſinos populos Vrbane ſerenas.

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XLI.

V. V.

A. N. C.

B. R.

S. A. O.

T. V. S. V.

Dicit :

Veliternorum Vrbs,

Augusti natalibus clariſsima,

Bello robuſtiſsima,

Sedi Apoſtolicae obſequentiſsima,

Triumphalem Vrbano Statuam vouit.

I.

Inclyta Volſcorum ſedes Auguſta Velitrae
Vrbs Patria Auguſti, celeberrima prole virorum
Magnorum, egregiae florent vbi Palladis omnes
,, *Artes; diues opum, ſtudÿſq. aſperrima Belli,*
Vt (de more ſuum, ſublimi laude perenne
Tolleret ad Caelum nomen, ſuper aſtra Coloſſum
VRBANO OCTAVO erexit; micat aenea moles
Praeclaris titulis, & animi monumenta ſuperſunt
Auguſti, Vrbanam tanto ſub nomine famam
Praeſenti ſimul, & ſeclis paritura futuris.

VR-

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma XLII.

N. C.

A. R. O. V.

V.

B. T. V.

S. S. A. V.

Dicit :

Numeroſitatem Chriſtianorum
A remotiſsimo, Orbe undeunde
Venientem
Benigniſsimè, tempeſtivè, ubertim,
Sinu ſuo alit Vrbanus.

I.

Chriſticolis Sol VRBANVS venientibus. Ambit
Sol omnes dominâ luce, calore fovet.

VR-

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XLIII.

N. V. T.

V.

O. A.

C. S. V.

A.

R. S.

B. V.

Dicit:

Notabilis valdè templi
Vaticani
Ornatiſsimum Altare
Communi ſapientiſsimorum virorum
Admirationi
Religiose ſacravit
Beatiſsimus Vrbanus.

I.

VRBANI hoc Templũ ſplendeſcit munere, tantum
Nulli Pontificum ſecla dedêre decus.

VR-

[illegible] OCTAVVS.

[illegible] XLIX.

C. I. A.

[illegible]

[illegible] Q.

[illegible]

[illegible] S.

[illegible]

[illegible]

[illegible] Altaris

[illegible]

[illegible] eius

[illegible] Eminſimi

[illegible]

[illegible] verit.

[illegible]

[illegible]:

[illegible] Sole erit.

[illegible]

VR-

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XLV.

V. V. B.

S. R. C.

A. N. S. V.

A. T. V. O.

Dicit:

Vrbanus Vaticanam Baſilicam
Solemni ritu conſecravit,
Aris numeroſis, Statuis victuris
Ampliſsimū Templum venuſtè ornavit.

I.

Creſcit hoc Templo ſpoliȷs ſuperbo
Quicquid VRBANVS poſuit; micantem
„ *Verticem oſtentans, velut inter ignes*
„ *Luna minores.*

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XLVI.

S. B. T.
A. V. C.
N. R.
SVAV. V. O.

Dicit :

Sanctae Bibianae Templum
Annorum vetuſtate conſumptum;
Noviſsimè reſtituit.
Suaviſsimus Vrbanus Octavus.

I.

Templum olim eximium Bibianae corruit, at nunc
Grādius VRBANO PRINCIPE ſurgit opus.

VR-

Digitized by Google

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XLVII.

S. B. V.
A. V. R.
T. C.
N. O.
S. V. V.
A.

Dicit:

Sacroſanĉti Baptiſmi urnam
Artificioſa varietate Romae
Temporibus Conſtantini
Nobiliter ornatam,
Sanĉtiſsimus Vrbanus ultrà
Adornauit.

I.

Baptiſmus clavis Caeli eſt; Tu perficis urnam
VRBANE; & fine, & limine Claviger es.

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma XLVIII.

S. V. T.
C. R. V.
N. A. A. S. V.
B. V. O.

Dicit:

Sancti Vrbani Templum
Calamitoſis ruinis victum,
Novo artificio ad ſummum vexit
Beatiſsimus Vrbanus Octavus.

I.

VRBANI monumenta pulchra quondam,
VRBANVS videt ire ſub ruinas,
Et Templi fieri cadaver atrum;
Sed jam jure ſuo decentiorem
De cadavere ad aſtra tollit aedem.

VR-

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma XLIX.

T. S. C.

A. N. S.

V. B. V. O.

A. V. R.

V.

Dicit :

Templum Sancti CaI
Annorum noxà ſubverſum ;
Vnus Beatiſsimus Vrbanus Octavus
Ad urbanitatem Romanam
Vindicavit.

I.

Solà magnificentià perenni
VRBANI, aſsiduò ſuperba Templa
Surgunt libera peſsimis ruinis ;
O Princeps generoſe, Rector Orbis
Aeternum Populos regas amatus,
Vt Mundi videas amantis ora.

(s)

VR-

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma L.

S. T. V.

B. V.

A. N. O. C. V.

S. V. A.

R.

Dicit:

Spoletanum Templum, ubi
Beatiſsimus Vrbanus
Ante numeroſum ovile cuſtos viſus
Sumptuoſiſsimè utique auxit,
Reformavit.

I.

Hoſpitium felix VRBANO praebuit olim
Spoletum, Vrbanam reddidit Ille Domum.

VR-

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma LI.

S. C. N.
A. O. S.
V. T.
B. V. R.
A. V. V.

Dicit:

Sanctorum Corpora nominatiſsima,
Annorum oblivione ſepulta,
Vrbani tempeſtate
Bono Vrbis reperta
Apertis valvis venerantur.

I.

VRBANVS radijs ubique fulgens
Sol eſt, qui penetrat Soli cavernas,
Divino referens humi jacentes,
Ad Caelum Superos calore Divos;
Nil mirum; penetravit ante caelum.

VR-

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma XLII.

N. C.

A. R. O. V.

V.

B. T. V.

S. S. A. V.

Dicit:

Numeroſitatem Chriſtianorum

A remotiſsimo, Orbe undeunde

Venientem

Benigniſsimè, tempeſtivè, ubertim,

Sinu ſuo alit Vrbanus.

I.

Chriſticolis Sol VRBANVS venientibus. Ambit
Sol omnes dominâ luce, calore fovet.

VR-

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XLIII.

N. V. T.

V.

O. A.

C. S. V.

A.

R. S.

B. V.

Dicit:

Notabilis valdè templi
Vaticani
Ornatiſsimum Altare
Communi ſapientiſsimorum virorum
Admirationi
Religiose ſacravit
Beatiſsimus Vrbanus.

I.

VRBANI hoc Templũ ſplendeſcit munere, tantum
Nulli Pontificum ſecla dedère decus.

VR-

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma XLIX.

C. S. A.

A.

N. O.

R. T. B.

V. A. S.

V. V. V.

Dicit

Columnae ſummae Altaris
Apoſtolorum
Nominatiſsimum opus
Religioſiſsimo tempore Beatiſsimi
Vrbani ſublevatae,
Vegeta venuſtate virent.

I.

„ *Regia Solis erat ſublimibus alta columnis:*
Haec etiam VRBANI Regia Solis erit.

VR-

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XLV.

V. V. B.
S. R. C.
A. N. S. V.
A. T. V. O.

Dicit:

Vrbanus Vaticanam Baſilicam
Solemni ritu conſecravit,
Aris numeroſis, Statuis victuris
Ampliſsimũ Templum venuſtè ornavit.

I.

Creſcit hoc Templo ſpolijs ſuperbo
Quicquid VRBANVS poſuit; micantem
„ Verticem oſtentans, velut inter ignes
„ Luna minores.

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XLVI.

S. B. T.

A. V. C.

N. R.

SVAV. V. O.

Dicit :

Sanctae Bibianae Templum
Annorum vetuſtate conſumptum ;
Noviſsimè reſtituit .
Suaviſsimus Vrbanus Octavus .

I.

Templum olim eximium Bibianae corruit, at nunc
Grãdius VRBANO PRINCIPE ſurgit opus.

VR-

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XLVII.

S. B. V.

A. V. R.

T. C.

N. O.

S. V. V.

A.

Dicit:

Sacroſancti Baptiſmi urnam
Artificioſa varietate Romae
Temporibus Conſtantini
Nobiliter ornatam,
Sanctiſsimus Vrbanus ultrà
Adornauit.

I.

Baptiſmus clavis Caeli eſt; Tu perficis urnam
VRBANE; & fine, & limine Claviger es.

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma XLVIII.

S. V. T.

C. R. V.

N. A. A. S. V.

B. V. O.

Dicit:

Sancti Vrbani Templum
Calamitoſis ruinis victum,
Novo artificio ad ſummum vexit
Beatiſsimus Vrbanus Octavus.

I.

VRBANI monumenta pulchra quondam,
VRBANVS videt ire ſub ruinas,
Et Templi fieri cadaver atrum;
Sed jam jure ſuo decentiorem
De cadavere ad aſtra tollit aedem.

VR-

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma XLIX.

T. S. C.

A. N. S.

V. B. V. O.

A. V. R.

V.

Dicit :

Templum Sancti CaI
Annorum noxà ſubverſum ;
Vnus Beatiſsimus Vrbanus Octavus
Ad urbanitatem Romanam
Vindicavit.

I.

Solà magnificentià perenni
VRBANI, aſsiduò ſuperba Templa
Surgunt libera peſsimis ruinis ;
O Princeps generoſe, Rector Orbis
Aeternum Populos regas amatus,
Vt Mundi videas amantis ora.

(s)

VR-

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma L.

S. T. V.

B. V.

A. N. O. C. V.

S. V. A.

R.

Dicit:

Spoletanum Templum, ubi
Beatiſsimus Vrbanus
Ante numeroſum ovile cuſtos viſus
Sumptuoſiſsimè utique auxit,
Reformavit.

I.

*Hoſpitium felix VRBANO praebuit olim
Spoletum, Vrbanam reddidit Ille Domum.*

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma LI.

S. C. N.
A. O. S.
V. T.
B. V. R.
A. V. V.

Dicit:

Sanctorum Corpora nominatiſsima,
Annorum oblivione ſepulta,
Vrbani tempeſtate
Bono Vrbis reperta
Apertis valvis venerantur.

I.

VRBANVS radijs ubique fulgens
Sol eſt, qui penetrat Soli cavernas,
Divino referens humi jacentes,
Ad Caelum Superos calore Divos;
Nil mirum; penetravit ante caelum.

VR-

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma LII.

A. T. C.

S. V.

N. S. O.

V. A.

V. V. B.

R.

Dicit:

Ad Triremes condemnari
Sacros viros
Nullatenus ſinit ordinatiſsima
Vrbani autoritas
Validiſsima vincula balatronibus
Reperiens.

I.

„ Turba gravis paci, placidaeq. inimica quieti,
Quae perturbatrix Relligionis erat,
Damnata eſt brevibus Gyaris; jam nulla triremis
Remigium ſacris praebet amara viris.
Non ſinit VRBANVS miſceri ſacra prophanis,
Pontifice VRBANO nemo prophanus erit.

VR-

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma I. I. I.

V. O. C.

T.

R S A

N. V. V. B.

A

Dicit

Vrbanus Octavius calamitoſiſsimis

Temporibus

Romanae Sedis auctoritatem ,

Nervosè, validè, unicè, belliſsimè ,

Sapientiſsimè,

Viriliter auxit.

I.

Pontificem aequalem VRBANO non ſecla tulère;
VRBANI videas tempora, cerne alta.

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma LIV.

B. V. V. V.

T. O. S. R. A.

S. A. V.

C. N.

Dicit:

Beatiſsimus Vrbanus veritatis via
Templis onera sūmis Regibus apponere
Solida autoritate victor
Conſtantiſsimè negavit.

I.

Solvere grates
Regna Polorum
VRBANE Tibi
Vidimus omnes;
Millia vivas
Secula Paſtor.
Hoc Tibi multa
Regna precantur:
Dant Tibi Divi
Vivere vitam;
Millia vivas
Secula Paſtor.

VR-

Digitized by Google

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma LV.

N. V. R. V.

A. C.

A. S. S.

B. V. O.

T. V.

Dicit:

Nulla via Romana Vrbe
Admirabilis conſpicitur
Abſque ſingulari ſtemmate
Beatiſsimi Vrbani Octavi
Ter unici.

I.

VRBANVS regnat; Totus componitur Orbis;
Ipſa etiam ad Caelum Regia Roma via eſt.

VRBANVS OCTAVVS

Anagrammatiſmus.

R. O. C. A.

B. A. V. N.

V.

S. T. V.

S. V.

Dicit:

Romanorum Caeſarem Auguſtum
Bellis ad ultimam notam
Vergentibus,
Summis tributis vectigalibus
Servavit Vrbanus.

I.

„ *Nō minor eſt virtus, quàm quaerere, parta tueri*
„ *Certus enim cantavit Apollo*.
Tu donas VRBANE manu, Tu divite dextrâ,
Imperium quaſi Caeſari ademptum.

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma L. V. I. I.

C. R.

V. V. B. A. V.

A.

N. T. O. S.

S. V.

Dicit:

Chriſtianis Regibus

Vt vulpeculas bonos audaciter vexantes

Amoverent.

Noviſsimè templis onera ſuperimponere

Sivit Vrbanus.

I.

Iam Paſtoribus, vt Lupi arceantur
Conceſsit nivei gregis tributum
VRBANVS ſemel; inſimul futurum
Non permiſit onus, favore dio.
Felix cura gregis! Paterno amore
VRBANVS gemitus dolet bidentum.

VR-

VRBANVS OCTAVVS:

Anagramma LVIII.

V. O. B.

R. V. V. A.

S.

N. C.

T. S. V.

A.

Dicit:

Vrbanus Octavus Breviarium
Romanum, verſibus vetuſtate aridis
Scatens
Numeroſis carminibus
Temporis ſapientis uſui
Adaptavit.

I.

Carmina (crede mihi) quae tempora dura ferebant,
Iam ſunt VRBANIS carmina culta modis.

VR-

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma LIX.

A. V. A. R.
S. T. B. V.
O. C.
N. S. V. V.

Dicit :

Adminiſtratio veritatis adamuſsim rectae
Solo tempore Beatiſsimi Vrbani
Octavum Caelum
Nemine ſuadente vocari voluit.

I.

Quis neget VRBANVM Mundo dare munia Chri-
Solem juſtitiae non imitatus erit? (ſti?

VR-

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma L X.

V. O. V. S. T.

V. S.

N. B. V. R.

A. A. C.

Dicti:

Vrbanus Octavus vitia ſui temporis
Vniverſaliter ſuſtulit,
Nec bona vera Reipublicae
Ambitioſis artibus conceſſit.

I.

VRBANVS patitur nihil quod ulla
Poſsit tempore rusticum vocari.
Eſt Vrbanus, & Vrbe digna laudat.

II.

VRBANI Imperio, liceat mihi dicere verum,
Praeferri poſſunt tempora nulla ſacro.
Lancea juſtitiae quando moderamine tanto
Emicuit? quando cultior ipſe Deus?
Roma caput Mundi, at quando maxima? ſub quo
Principe Romano gloria tanta fuit?

Tam

III.

Tàm recti mores Romae, tàm candida virtus
Elucet Populo tantus in ore decor,
Vt poſsim certus totum vulgare per Orbem:
V R B A N I mores Roma ſequuta fuit.

IV.

Cum pro tot meritis felix Tibi Roma triumphos
Mille Arces, naſcentia Templa, renata, tot Vrbes
Debeat; hoc uno plus debet: Facta modeſta eſt.

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma LXI.

C. O. A.
A. B. S.
V.
N. V. T.
V. V. S.
R.

Dicit:

Callaici Orbis Apoſtolo
Ambiguitatem Breviarij ſolvens
Vrbanus
Novis verbis traditis
Victoriam veritate ſuffultam
Reſtituit.

I.

Heſperijs armis ò Fulmen Apoſtola, ſummi
Iure fori, VRBANO Iudice victor ades.

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma LXII.

C. V. O.

N. S.

B. T. V. A.

V.

V. R.

A. S.

Dicit:

Cardinales virtute optimos,
Nobilitate ſplendidiſsimos,
Bellorum tempore Vrbem amplificans
Vrbanus
Venuſtè renovavit,
Amanter ſuſcepit.

I.

Regum Roma potentum
Altrix, Orbis ocellus,
Caelo olim aemula, triſtes
Vultu ſquallida, noſtro
Aeuo experta ruinas;

Iam fulgoribus aucta
Tua purpura rubrae
Splendet murice lanae,
Iam formoſa, virenſq.
Vivis mellea ſecla,
Nam Te Pacifer ille,
Nam Te Belliger ille,
Ille Dives inaurat
Tua moenia pulchra,
Ille VRBANVS *apex, &*
Caeli Romulei Aſtris
Addit purpureum oſtrum,
Addit ſidera mille.

Digitized by Google

VRBANVS OCTAVVS
Anagramma LXIII.

B. O. N.
V. V. T.
V.
A. S.
V. S.
C. R. A.

Dicit:

Bellicos Oratorum nutus,
Vrbe vaſtiſsimè tumultuante,
Vrbanus
Autoritate ſupremà,
Viriliter, ſapienter
Compoſuit, repreſsit, amovit.

I.

Ingentes animi motus venientis ad arma
Hiſpanos inter Proceres VRBANA repreſsit
Majeſtas: Vèlez tacuit, ſiluitq. Lamègo.

VR.

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma L. V. I.

R. O. C. A.

B. A. V. N.

V.

S. T. V.

S. V.

Dixit

Romanorum Caeſarem Auguſtum
Bellis ad ultimam notam
Vergentibus,
Summis tributis vectigalibus
Servavit Vrbanus.

I.

„ *Nō minor eſt virtus, quàm quaerere, parta tueri*
„ *Certus enim cantavit Apollo.*
Tu donas VRBANE manu, Tu divite dextrà,
Imperium quaſi Caeſari ademptum.

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma L. V. I. I.

C. R.

V. V. B. A. V.

A.

N. T. O. S.

S. V.

Dicit:

Chriſtianis Regibus

Vt vulpeculas bonos audaciter vexantes

Amoverent.

Noviſsimè templis onera ſuperimponere

Sivit Vrbanus.

I.

Iam Paſtoribus, vt Lupi arceantur
Conceſsit nivei gregis tributum
VRBANVS ſemel; inſimul futurum
Non permiſit onus, favore dio.
Felix cura gregis! Paterno amore
VRBANVS gemitus dolet bidentum.

VR-

VRBANVS OCTAVVS:

Anagramma LVIII.

V. O. B.

R. V. V. A.

S.

N. C.

T. S. V.

A.

Dicit:

Vrbanus Octavus Breviarium
Romanum, verſibus vetuſtate aridis
Scatens
Numeroſis carminibus
Temporis ſapientis uſui
Adaptavit.

I.

Carmina (crede mihi) quae tempora dura ferebant,
Iam ſunt VRBANIS carmina culta modis.

VR-

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma LIX.

A. V. A. R.
S. T. B. V.
O. C.
N. S. V. V.

Dicit :

Adminiſtratio veritatis adamuſsim rectae
Solo tempore Beatiſsimi Vrbani
Octavum Caelum
Nemine ſuadente vocari voluit.

I.

Quis neget VRBANVM Mundo dare munia Chri-
Solem juſtitiae non imitatus erit? (ſti?

VR-

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma L. X.

V. O. V. S. T.

V. S.

N. B. V. R.

A. A. C.

Dicit:

Vrbanus Octavus vitia ſui temporis
Vniverſaliter ſuſtulit,
Nec bona vera Reipublicae
Ambitioſis artibus conceſsit.

I.

V R B A N V S patitur nihil, quod ullo
Poſsit tempore ruſticum vocari:
Eſt Vrbanus, & Vrbe digna laudat.

II.

V R B A N I Imperio, liceat mihi dicere verum,
Praeferri poſſunt tempora nulla ſacro.
Lancea juſtitiae quando moderamine tanto
Emicuit? quando cultior ipſe Deus?
Roma caput Mundi: dic quando maxima? ſub quo
Principe Romano gloria tanta fuit?

Tam

III.

Tàm recti mores Romae, tàm candida virtus
Elucet Populo tantus in ore decor,
Vt poſsim certus totum vulgare per Orbem:
V R B A N I mores Roma ſequuta fuit.

IV.

Cum pro tot meritis felix Tibi Roma triumphos
Mille Arces, naſcentia Templa, renata, tot Vrbes
Debeat; hoc uno plus debet: Facta modeſta eſt.

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma LXI.

C. O. A.
A. B. S.
V.
N. V. T.
V. V. S.
R.

Dicit :

Callaici Orbis Apoſtolo
Ambiguitatem Breviarij ſolvens
Vrbanus
Novis verbis traditis
Victoriam veritate ſoffultam
Reſtituit .

I.

Heſperijs armis ò Fulmen Apoſtole , ſummi
Iure fori , VRBANO Iudice, victor ades.

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma LXII.

C. V. O.

N. S.

B. T. V. A.

V.

V. R.

A. S.

Dicit:

Cardinales virtute optimos,
Nobilitate ſplendidiſsimos,
Bellorum tempore Vrbem amplificans
Vrbanus
Venuſtè renovavit,
Amanter ſuſcepit.

I.

Regum Roma potentum
Altrix, Orbis ocellus,
Caelo olim aemula, triſtes
Vultu ſquallida, noſtro
Aeuo experta ruinas;

 Iam

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma LXIII.

B. O. N.

V. V. T.

V.

A. S.

V. S.

C. R. A.

Dicit:

Bellicos Oratorum nutus,
Vrbe vaſtiſsimè tumultuante,
Vrbanus
Autoritate ſupremà,
Viriliter, ſapienter
Compoſuit, repreſsit, amovit.

I.

Ingentes animi motus venientis ad arma
Hiſpanos inter Proceres VRBANA repreſsit
Majeſtas: Vèlez tacuit, ſiluitq. Lamègo.

Digitized by Google

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma LXIV.

V. A. S. B.

V. C. V.

T. A. R.

N. S. O. V.

Dicit:

Vt autoritatem ſupremae Beatitudinis
Viriliter conſervaret Vrbanus
Terribilia arma Romana
Non ſponte omiſit volvere.

I.

Dulcis Apis ſua Caſtra tenet, ſua ſpicula vibrat?
Martia non aliter mellea rura colit.

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma L X V.

S. V. V. N.
V. A.
B. C. A. R.
S. O. V. T.

Dicit:

Sapientibus viris Vrbani nitor
Vigilantiſsimè adeſt,
Beneficia, cenſus, annuos reditus
Studioſis omnibus ubertim tribuens.

I.

Erigit VRBANVS (quid non urbaniter egit?)
Vrbanos, Romae ruſticitas periјt.

II.

Vos, qui divinis ſacraſtis pectora Muſis,
Phoebi cultores magni, ſacraeq. Minervae,
Linquite Parnaſsi fines, accedite Romam;
Illic expectant certiſsima praemia veſtri
Egregias animi dotes, nam regnat in Vrbe
VRBANVS; properate gradum, ſi fortè valetis.

VR-

VRBANVS OCTAVVS
Anagramma L XVI.

A.

C. B.

V. R. V. O.

N. S.

V. V. A.

S. T.

Dicit:

ANTONIVS
Cardinalis Barberinus
Vir Romana virtute ortus,
Nutritus, ſignatus,
Victricia Vrbani arma
Summè tetendit.

I.

Et nunc purpureo ſplendens ANTONIVS oſtro,
Et nunc Romanis fulgens ANTONIVS
Arma movens, atque aſtra petens, domuiſſe Leones
Fertur, & Auſoniae domitos junxiſſe quadrigae;
Quid? Virtus Romana ducē, & Fortuna ſequuta eſt.

VR-

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma LXVII.

S. V.

T. V. V. C.

B. A. V.

O.

S. N. A.

R.

Dicit :


Sanctiſsimus Vrbanus
Totam Vrbem vetuſtate collabentem
Barberina auguſtus virtute
Ornavit,
Sumptuoſiſsimè nitori antiquo
Reſtituit.

I.

VRBANVS Vrbis Romulus
Novam excitavit Vrbem,
Imò univerſum creditur;
Dicatur ergò MAXIMVS
VRBANVS Orbis Romulus.

Digitized by Google

Qualiter aeternam renovans avis illa juventam ,
,, *Taliter exuta eſt veterem nova Roma ſenectam ,*
VRBANI ſumens vultus, primumq. decorem .



VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma LXVIII.

C. B. N. S.

O. V.

V. R. A. A.

S.

V. T. V.

Dicit:

Cardinalem Barberinum Nepotem ſuum
Orbis vigorem,
Vt Regum affinium arma
Sedaret
Viriliter tranſmiſit Vrbanus.

I.

Ad Mundi pacem, ſumma de vertice Divum
Interpres, fert juſſa Parentis.
Ipſe etiã VRBANI Interpres Franciſcus in Orbẽ
Mittitur, vt pacem daret Orbi.

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma LXIX.

A. B.

A. C. V.

R. O. T.

V. S. V.

N. S. V.

Dicit:

Antonium Barberinum,
Ad componendum vehementes
Revoluti Orbis tumultus
Vera ſolicitudine utiliter
Nominavit ſanctiſſimus Vrbanus.

I.

Delitiae humani generis, dulciſsime Princeps
ANTONI, Romae gloria, & Orbis amor;
Tu quoque ad externos populos, quos fronte ſerenas
Miſſus ab VRBANO, pace ſerenus abis.

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma LXX.

V. B. T. S.

V. V.

A. A. N. O.

R. C.

S. V.

Dicit :

Vt breviter tandem ſanctam
Videret unitatem
Ad Alemaniam non omiſit
Remittere Cardinalem
Sanctiſsimus Vrbanus.

I.

Omnia tentavit : potior ſententia viſa eſt
VRBANO ire Deum, non mage adire Viros.

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma LXXI.

R. N. A. V.

T.

A. S. C. O.

V.

V. S, B.

V.

Dicit:

Romam, necnon ampliſsimos Vrbis
Terminos
A ſacra contagione omnia
Vaſtante
Vigilantiſsimè ſervavit Beatiſsimus
Vrbanus.

I.

VRBANI nomen deſignat in Vrbe ſalutem;
Nulla eſt VRBANI nomine in Orbe lues.

VR-

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma LXXII.


A. C. B. V.
N. V. S.
T. V. R.
A. S. V. O.

Dicit:

A contagio, bello, vitae
Neceſsitate, ultimo ſuſpirio
Ter Vrbem recuperans
Animosè ſervavit Vrbanus Octavus.

I.

Ad nutum VRBANI Octavi tria fulmina Mundo
Ceſſarunt; Bellum, Peſtis, & atra Fames.



VRBANVS OCTAVVS
Anagramma LXXIII.

N. C.
V. O. A. V.
A. S. V.
T. B. R.
S. V.

Dicit:

Numeroſitatem Chriſtianorum
Vniverſi Orbis ad Vrbem
Anno ſacratiſsimo venientem
Theſauris benigniſsimè recluſis
Servavit Vrbanus.

I.

Non Vrbem ſolùm, ſed totum amplectitur Orbem
„ VRBANI pietas; Orbis in Vrbe fuit.

VRBANVS OCTAVVS
Anagramma LXXIV.

V.

V. A. O. S. N.

V. S. A. C.

B. T. V.

R.

Dicit:

Vrbanus

Vir ad omnia ſumma natus

Validiſsimum Sancti Angeli Caſtellum,

Bellicis tormentis uſquequaque

Referſit.

I.

Angele Romanae cuſtos ter maximus Vrbis,
Togate Princeps Principum es.
VRBANE Angelicae fortiſsima gloria Romae
Vales toga, vales ſago.

M VR-

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma LXXV.

V. V. A. C.

V. O. N. S. S.

R. T. B.

V. A.

Dicit:

Vt uberius annonae conſuleret
Vrbanus Octav. nova ſpatia ſuperaddita,
Recluſis theſauris, benemerenti
Vrbi adiecit.

I.

Pane Orbem IESVS ſervat, ſervavit Ioſeph;
Servat & VRBANVS; tertius in numero eſt.

II.

Aegypti auxilium fuiſſe Genti,
Narratur, pereuntis, ampla Magni
Ioſephi pietas; peribat Orbis
Caeleſtem dedit Orbi IESVS eſcam:
VRBANVS pereuntis Orbis altor,
Ioſephum eſt imitatus, atque IESVM.

VR-

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma LXXVI.

A, V. R. B.

C.

N. A. T.

S. V: V. O.

S. V.

Dicit:

Ad Vrbi Romanae benè
Conſulendum,
Numeroſas armatorum turmas,
Stipendio unicuique vigilantium oblato,
Suſcitavit Vrbanus.

I.

Intrepidus Dominum Petrus defendit in horto;
Orbis at VRBANVS ſeruat in Vrbe caput.

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma LXXVII.

R. A. B.

T. A. V. S.

C. S. V.

V. O. V. N.

Dicit:

Romuleam aulam belliſsimam,
Togatis amaeniſsimã, vallo ſecuriſsimam,
Collibus ſolutis utiliſsimam,
Vrbanus Octavus Vrbi navavit.

I.

Illuſtrem Dominus Paradiſum ſepſit in Orbe;
Et ſimilem VRBANVS Paradiſi ſepſit in Vrbe.

II.

VRBANVS (ſileant ſuperba Regum
Magnorum monumenta) quanta fecit
Pulcbro digna palatio Quirini?
Vrbano potiùs favore digna.
Mortalem exuperavit Ille ſenſum,
Tranſcendens, operatus alta, caelum.

VR-

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma LXXVIII.

B. V. A. S.
C. V. S. N.
T. A. V.
O. V. R.

Dicit:

Beatiſs. Vrbanus aquarum ſuperbiam
Clanis Vrbem ſuprema neceſsitate
Triſtiſsimis alluvionibus urgentem,
Oppoſito vallo repreſsit.

I.

Iuſtitia eſt conſtans VRBANI tempore; verae
Iuſtitiae ſeruant flumina recta vias.

II.

Hoc felix VRBANI aevũ (ſua reddere cuiq. eſt)
Fraenatae tumidi ſenſerunt Tybridis undae,
Nam vallo ceſsère dato, juſsiſq. Patroni.

VR-

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma LXXIX.

S. V. C. A.
S. N. B.
A. V. R. V.
O. T. V.

Dicit:

Sanctiſsimos viros Caelites, alios
Summi nominis Beatos
Ab Vrbano Romana Vrbe
Optimo triumpho vidimus.

I.

Delectos Heroas amat, velut optimus Heros
VRBANVS, ſimiles deligit ipſe Deos.

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma LXXX.

C. S. N.

V.

B. S. V. R.

V.

A. A. O. V.

T.

Dicit :

Caſtellum--durans ſumpto nomine
Vrbaniae,
Beneficio ſuo Vrbem reddidit,
Vrbanus,
Antiſtite ad ornamentum Vrbis
Tradito.

I.

VRBANI pulchram de nomine condidit Vrbem
VRBANVS; ſolo eſt nomine pulchra ſatis.

VR-

Digitized by Google

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma LXXXI.

R. A. V.

C.

O. T.

V. A. N.

S. V. S.

B. V.

Dicit:

Romanas arces vigilantiſsimè
Cuſtoditas;
Opportuno tempore
Vario armorum numero
Solita virtute ſecundavit
Beatiſsimus Vrbanus.

I.

Maxima cura gregis deterret ab Vrbe Potentes;
Pervigilem PASTOREM, & timet arma Lupus.

VR-

Digitized by Google

VRBANVS OCTAVVS
Anagramma LXXXIII.

S.
V. N. T.
S.
V. V. C.
R. V.
B. A. O.
A.

Dicit:

Senonum
Vniverſis navigijs triſtiſsimam
Stationem,
Vtiliſsimo vallō capacem
Reddidit Vrbanus,
Barberinis auſpicijs optimè
Adornans.

I.

„ *Quae Senonum fuerat ſtatio male fida carinis,*
Navibus VRBANA jam dedit arte fidem.


Digitized by Google

II.

Qui Senonum portus plenis cupit oſtia velis
Tangere, ter felix ſecurà naviget aurà,
Nam labor VRBANVS donavit littore puppes,
Nautarumq. dedit cuicunque intrare volenti
Defeſſam tutò ſiſtere poſſe ratem.

III.

Sic unda nunquam mitior Adriae
Ceſſit receptis marmora claſſibus,
Cymbasq. ſecuraſq. puppes
Ad placidam revocavit oram.
Nam VRBANVS aequor navibus inſolens,
Sub fraudulenti margine littoris,
Frenavit, ingenteſq. fluctus
Continuit reſonantis aeſtus.



VR-

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma LXXXIV.

B.

T. A. S. O.

V.

N. A. S. V.

V. C.

V. R.

Dicit:

Borghetti

Tyberim alluvionibus ſaeviſsimè omnia

Vaſtantem

Neglectis arcubus Sixti Quinti

Vegrandibus canalibus

Vrbanus repreſsit.

I.

Hoc Sixto Quinto flumen fuit antè rebelle,
Sed nunc VRBANI mellea vincla ſubit.

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma LXXXV.

C.

A. A.

T. V. S.

V.

V. R. V. N.

O. B. S.

Dicit:

Cardinalibus
Altiſsimum agnomen
Titulo urbaniſsimo ſignavit
Vrbanus,
Vt Regium Virorum nomen
Orbe belliſsimè ſplenderet.

I.

VRBANI radijs, Senatus oſtro
Inſignis, rutilans; in Vrbe magnum
Agnomen tenet EMINENTIAE. Nunc
Quòd Regum hic meruit locum Senatus
VRBANVS iubet eminère Reges.

VR-

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma LXXXVI.

V. V. R.
S. B. V.
O.
V. A. N.
T. S. C.
A.

Dicit:

Victricem Vaticani Regiam
Solus Beatiſsimus Vrbanus
Octavus
Validiſsimo armorum numero
Tempore ſuo cumulatè
Auxit.

I.

Quàm benè conjunxit divinae Palladis artes
VRBANVS; Libris ſubdita tela jacent.

II.

Non VRBANE locum Libris doctiſsime dignum
Eſſe putas, niſi ſint in meliore loco.

VR-

Digitized by Google

VRBANVS OCTAVVS
Anagramma LXXXVII.

V. T. C.
V. S. A.
V.
N. A. S. O.
V. B. R.

Dicit:

Vllo tempore clariſsimi
Viriati Soboles ab
Vrbani,
Nec Apoſtolicae ſedis obſequio
Vel breviſsimè receſsit?

I.

Virtus Lūſiadum refulſit armis,
Quando gloria Martis univerſi
Salſas Aethiopum occupavit Arces;
Quando Finitimos ovans repreſſit;
Quando Afros, Braſiloſq. ſubjugavit;
Quando Regum Orientis arma fregit;
Sed quando genubus reflexa ſidit
VRBANI, altior ad pedes refulſit.

Lu-

II.

Luſiadae VRBANVM invicti agnovère Parentē;
Aeterna VRBANVS gloria Luſiadum eſt.

III.

Inclyta Luſiadum virtus eſt maxima in Orbe;
VRBANI cauſà maior in Vrbe fuit.

IV.

Luſiadae urbani dicantur; Luſia ſolvit
Vrbana, VRBANO PRINCIPE, colla iugo.

V.

Luſiadum natale ſolum tibi Damaſce; amore eſt
VRBANVS Lyſius; Damaſcus alter erit.

VI.

Quando Luſiadum timebat Orbis
Infandis fore cordibus Miniſtrùm,
Horreſco referens, luem timendam;
Vultu Gaſpar ab Angelis ſereno,
Haec ait Socijs: Eamus aſtra
Ne VRBANO careamus o Sodales.
O fortiſſime Rector, Orbis orbos
Pro Ieſu fieri cupis Sodales!

VII.

Quanto eſtime Portugal
A Santidade d'VRBANO,
Confeſſa o mar Oceàno
Oriental, e Occidental;
Onde claro podeys ver,
Qu' ao Romano Eſtatuto
Da Portugal o tributo,
Em ſempre lh' obedecer.

VR

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma LXXXVIII.

O. N. R.

C.

A. V. S. V.

V.

V. A. T.

S. B.

Dicit:

Omnes Nationes Romae
Commorantes
Annum unum ſupra vigeſimum
Vrbani
Vrbis applauſu, tanquàm
Sacratiſsimum bearunt.

I.

Crede mihi, optamus vivas ut Neſtoris annos,
Vivendi aeternas dignus Olympiadas.

II.

Vos ò tergeminae Alites,
Imperiorum, pacis, amoris

II.

Illuſtres munimine teſtes,
Quae dulci ſtridente volatu,
Mille plagas ſuper Orbe remenſae,
Regiâ celsâ ſtetiſtis
Romulidum denis bis elabentibus annis;
Conſiſtite, conſidite,
Abiectoq minaci
Veſparum ſtrepitu per ſlorea rura volate,
Et mel, & alas renovando,
Vivite longae tempora vitae,
VRBANIQ. favis rutilantes,
Alitis Aſsyrij reducem ſuperate ſenectam.

O VR-

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma LXXXIX.

T. V. A.
V. C. V.
A. N. O. S.
V.
S. B. R.

Dicit:

Tametſi victricia arma
Vndequaque conſpiciat Vrbanus,
Attamen nititur obliviſci ſuorum
Victoriarum
Sanguinem benignè removens.

I.

Pone victrices galeas, & arma,
Ad pedes ſacros dominantis Orbem,
Roma Regnorum caput, & potentis
Arbitra Mundi.

De-

Dextra robuſti ſatiata ferro
Militis ludat ; placidamq. pacem
Mente quaerat ; nec rubeat profuſi
Sanguinis oſtro.
Regnat VRBANVS prohibens cruore
Dexteram ſaevo maculare, ſolum
Donat ut ſolers amet innocenti
Murice tingi.

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma X C.

V. C. O.

N. R.

A. B.

V. S.

V.

V. A. S.

A.

Dicit:

Vniverſus Chriſtianorum Orbis
Nobiliſsimis reſcriptis
Admirabilibus Bullis,
Virentibus Statutis
Vrbani,
Vivit auctus, ſublimis
Tranſcendit.

I.

Mellito leges VRBANVS condidit ore;
Nil mirum; VRBANO pectore mella fluunt.

II.

II.

Ουρβανὲ σοῖσιν δόγμασιν ἔνδικα οἷάτε Φοῖβος,
Θάλπεις τοὺς ὁσίους τοὺς ἀδίκους δὲ φλέγεις

III.

El Vniuerſo, es verdad,
Porque lo vi, quando yò,
Dende Poniente a Oriente,
Gozàva los Mundos dòs.
Viò en Decretos de VRBANO
Vrbaniſsimo valor;
Tuvo la virtud ſu premio;
Y la maldad correcion.

VR-

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma XCI.

A. N. V. R.

V.

S. C. A. V.

T.

B. V. O.

S.

Dicit:

Archivum nunquàm Vrbe Romanà
Viſum;
Sacro Collegio altiſsimorum virorum
Tempeſtivè
Beatiſſimus Vrbanus Octavus
Subjunxit.

I.

Aeternum Archivũ VRBANVS patefecit in Vrbe
Aeterna VRBANVS dius amare docet.

II.

Dum nova conſervas, revocas VRBANE priora;
„ Debentur quae ſunt, quaeque fuere Tibi.

VR-

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma XCII.

V. O. B.

S.

R. V.

A. S. C. V.

T. V. A.

N.

Dicit:

Vrbanus Octavus beneficio
Suo
Romanam Vrbem
Ad ſummam Civium utilitatem
Traductis vigilantiſsimè aquaeductis
Nobilitavit.

I.

VRBANI illuſtrata manu ſunt omnia Romae;
Mellea virgineis Roma rigatur aquis.

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XCIII.

A. A.

N. C.

O.

V. S.

T.

B. V. R.

V. S. V.

Dicit:

Anconitanam arcem,
Notabili cuſtodia,
Oculatiſsimam,
Vigoroſam, ſecuriſsimam,
Timendam
Bono Vrbis reddidit
Vicarius Summus Vrbanus.

I.

Grex noſtri VRBANI dulci requieſcit ſubumbra,
Arma manu retinet PASTOR, & invigilat.

VR-

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma XCIV.

V. N.

R. S. V. C.

A. S. A.

V.

T. B. V. O.

Dicit:

Vrbini nomen
Regulo ſuo vita caſſo.
Ad Sedem Apoſtolicam
Venit
Tempore Beatiſs. Vrbani Octavi.

I.

Se Tibi debent Imperia ò VRBANE; notaſti
VRBINVM VRBANO quàm bene dixit ero?

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XCV.

N. C. B.
O.
A. A. V. R.
V. T. S. V.
S. V.

Dicit:

Nobiliſsimae Comitiſsae benemerentis
Oſſa
Allata ad urbem Romam
Vaticano templo ſepelivit ultrò
Sanctiſsimus Vrbanus.

I.

Matilda felix mortua es
In patria, at Romae modò
Secura vivis, nam Tibi
In corde magno, & carmine
Gratus parauit conditae.

VR-

VRBANVS urnam Regiam,
O, vive, felix mortua!

II.

VRBANO Matilda jacet decorata ſepulchro;
Nemo poteſtt itulo nobiliore legi.

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XCVI.

N. V. T. S.

O.

V. A. S.

V. B.

R. V. C.

A.

Dicit:

Non Vrbe tantùm, ſed
Orbe,
Viris Apollineis, ſelectiſsima,
Vrbaniſsima, belliſsima,
Rorantia Vrbani carmina
Arrident.

I.

„ *Lactea mollivit veteres mea vena Poetas;*
Pelignus canit ille Poeta.
Affluit ò Iuvenes VRBANI à pectore nectar,
VRBANVM libate liquorem.

VR-

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma XCVII.

S. V. N.
C.
V. S. A.
A. B. V.
T. V. R.
O.

Dicit;

Statuae Vrbani nomini
Conſecratae
Viventium ſimilitudinem animatae
Altiori brachio univerſis
Totâ Vrbe Romana
Oſtendunt.

I.

VRBANI Statuae vivunt in marmore. Quid ni?
Ipſe dat VRBANVS vivere marmoribus.

VR-

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma XCVII.

A. O. V.
S. R. B.
V.
C. T.
A. V. V.
S. N.

Dicit:

Approbante omnium voto
Senatus Romanus Beatiſsimum
Vrbanum
Calamitoſiſsimo tempore
Auguſtiſsimae Vrbis unicum
Servatorem nominavit.

I.

Tu Patriae PATER appellaris in Vrbe Quirini:
Roma caput Mundi eſt; non caput Orbis eris?

VR-

VRBANVS OCTAVVS.

Anagramma XCIX.

B. AV. V.

ORNAS

TVSC. V.

Dicit:

Benè auream Vrbem

Ornas

Tulche Vrbane.

I.

Si repetas quantum Superis VRBANE dediſti,
Si quantum largus dederas Mortalibus, & ſi
Creditor eſſe velis, magni conſtabit Olympo,
Et Terrae omnigenae Tibi ſolvere debita tanta.
Quid pro ſervatà toties tibi ſolvitur Vrbe?
Quid pro Relligione viris & moribus aucta?
Quid pro ſervato Imperio cū Caeſare dūdum eſt?
Quid pro jure tuo defenſo ſanguine & armis?
Pro vectigali Regum clamore petito?
Quid pro carminibus ſacris, dulciq. Poeſi?
Quid pro tot rectis Decretis, Legibus? Et quid
Pro pietate illa, qua antiquo Roma nitore
Effulget? Quid pro fraenatis Tybridis undis?
Quid dabitur ꝑ Vrbino? Quid ꝑ Vrbania habebis?

Pro

Digitized by Google

Pro Vaticanis Statuis, pulchriſq. Columnis?
Et quid pro IESV Socijs in Regna receptis?
Quid pro magnificis, ac vaſtis moenibus Vrbis,
Quae ſunt VRBANI concepta in pectore magno,
Quae ſunt VRBANI partus, miracula Mundi,
Quae firmis omnes excedunt moenibus arces,
Quae ſummi ingentes imitantur moenia caeli,
Fortior una quibus, quibus eſt pulcherrima Roma?
Accipient quaero quae aequalia praemia mille
Arces, & naſcentia Templa, Renata, tot Vrbes?
„ Expectes, & ſuſtineas VRBANE neceſse eſt
Nō modò quod Tibi ſolvat habet, quod maius habebat
Iam caelum in partem meritorum ceſsit, at ipſum
Pro reliquo, meritos aſsignat Neſtoris annos.

VR-

VRBANVS OCTAVVS

Anagramma C.

S. V. S.

V.

V. V. A.

B. O.

C. N. A.

T. R.

Dicit:

Sanctiſsimi Vrbani Sanctorum

Vigoris

Vitam, virtutes, amplitudinem,

Brevis omitto,

Commentarijs noſtris adaptandis

Tempeſtivè reſervans.

I.

Cētū ſcripſi Anagrāmata, ſcripſi Epigrāmata centū;
Haec ſi diſpliceant verum Anagramma cor eſt.

II.

Haec ſi diſpliceant, ſcribendi gloria magna eſt;
Si placeant, Nobis gloria maior erit.

VRBANVM cecini lumen Hetruriae,
Et tres egregio murice Principes,
Cum toto ſobolis germine Regiae,
Culmen verticibus Pyramidum altiùs,
Ad quod livor edax non valet impotens
Nigrum ferre gradum, noſtra nec otia
Conculcare. Meum Fama perenniter
Nomen conſpicuis tollet honoribus:
Vivam perpetuò, mellea grandior
Aſcendens facili ſidera carmine.
Per me Romuleis LAETIA notior
Effundet latices; Patria laudibus
Fulgebit meritis: ò MATHOSINIE
Romanam celebris ſume ſuperbiam,
Atque audax volita Solis ad igneos
VRBANI radios; non Tibi Vatibus
Immiſcere ſacris te rubor auferat,
Nam cingi folijs tempora laureis
Donat pro merito Delius; eſt bonor
Virtutis dare mirabile praemium;
A virtute datum ſolicitus puta;
I, felix fruere, & concipe gloriam.

Quiſquis es,
Qui
Melchioris da Graça
Eruditionem ſcire exoptas, (na;
Haec perlege Anagrāmata leporis, ac gratiae ple-
Cuius
Si Patriam, Genus, atque Studia ignoras,
Praeſentem excurre epigraphen.
Hic, Retortae amoeniſsima Villa, in Luſitania
Natus,
Ioannis Monterij Leonis,
Civis inclytae Vrbis Portucalenſis,
Mathoſinienſium Militiæ,
Et ſeptendecim Belli Ducibus Praefecti,
Nec non
D. Beatricis de Brito Soarez,
Lectiſsimorum, & nobilium conjugum filius,
Illuſtrem Parentum virtutem
Pulcherrima imitatione reddidit illuſtriorem.
Teneros annos inter dulces Muſarum choros
Suaviter traduxit;
Nam adhuc puer, ex ſchola,
Et domo eruditiſsima Excellentiſsimi Principis
D. D. Franciſci de Sà Meneſij,
Comitis de Penaguiām,
Cubiculo Praefecti Regum Luſitaniae,
Patroni Optimi, & Moecenatum Coryphaei,
Laureatae laudis aemulus,
Se Apollinis cultui dedidit,
Celeriq. gradu Parnaſſum emenſus,

¶ Hip.

Hippocrenes latices ad ipſum ebibit fontem,
Et non modicam laudem
Latina, Caſtellana, ac Luſitana Poëſi
Adeptus eſt.
Ex ſuaviſsimo Eloquentiae campo,
Ad vaſtiſsima Iuſtiniani arva gradum fecit,
Et accepit Doctoris in utroque Iure:
Poſtmodùm
E Praefecto Militum roſtratae navis Regiae,
Se Sacrae addixit Congr. S. Ioan. Evangeliſtae;
Ibique
Grammatices, Rhetorices, Poeſeos;
Ac Theologiae Moralis publicus Profeſſor;
Conſultus à Regio Concilio (& obtineret,
Si non obſtarent mores temporum)
In Capellanum Maiorem Exercitus Braſilienſis,
In America.
Advocatus, Ivonem imitans, miſerorum,
In ſupremis Luſitanorum Tribunalibus,
Glorioſa pietatis, & literarum trophaeia
Conſequutus fuit.
Tandem, flos iſte ſelectiſsimus viridarij
Illius, tam ſtudioſè à Natura Parente,
Et altrici arte exculti,
Ter
Pro ſua Congregatione Romam, & Italiam petens
,, Per Mare, per Terras, per mille pericula —
In hac Martiali tempeſtate,
Tot Exercitibus, tot undique Claſsibus
Formidanda,

Egre-

Egregièq. navato opere,
Inter turbulentiſsimum tantae litis pulverem
Eruditorum ſedem non deſeruit,
Vt in ſcientiarum Capitolio
Doctus ignaviae everſor triumpharet;
Cuius virtutum tot ſunt oculati teſtes;
Quot ipſius eximia monumenta Typis edita,
Atque edenda aſpexère.
Hic etiam admirando artificio, ac mirà facilitate
Hebraicam linguã, Chaldaicã, Syriacam, Arabicam,
Graecam, Latinam,
Italam, Gallicam, Caſtellanam, ac Luſitanam,
Sub publica diſciplina
D. Ioannis Baptiſtae Sabbathini Romani,
D. Canachij Roſcij Graeci,
D. Abrahami Ecchellenſis Maronitae,
Illuſtriſsimorum in Vrbe Profeſſorum,
Sub privatà etiamnum
D. D. Vincentij Noghera Luſitani,
V. undequaque Cl.
Scientiarum, Linguarumq. omnium
Monſtri inſtar,
Aliorumq. ſplendidiſsimi nominis Heroum,
Profundè penetravit, & hauſit.
Et quod maximum eſt,
Abſque adulatione, ſemotà omni ſpe lucri,
(Quum licitè poſſet ſperare gratiam à Principibus)
Pulchram, ac devoti animi propenſionem
In Clariſsimam Domum BARBERINAM
Orbi palam, & Vrbi ſignificavit,

¶ 2 Prae-

Praemium magnum exiſtimans
Poſſe laudare viros laude dignos.
Ob hinc ideò, & alias ſingulares virtutes
Principibus charus, & admirabilis,
Nullique Mortalium obnoxius,
Meruit à quamplurimis eruditiſsimorum;
Quibuſcum amantiſsimè, & quotidie ſolet
Confabularier
In Italia, Hiſpania, & Gallia,
Admirari, ſuſpici, venerari,
Ac publicis monumentis inſcribi.
Vtinam tanti viri vita vitae meritum aequet,
Vt Patria Gentiles Amici,
Ex indefeſſo eius ſtudio immortalitatem
Meritò aſſequantur.
F. Antonius Carneyro Luſitanus,
E Familia Benedictina,
Sac. Theol. Doctor, & Lector Iubilatus,
Viſitator olim Maior, & Abbas Portucalenſis.
Modò inſignis Monaſterij S.Thyrſi,
Alterque è ſelectis ad propugnandum in Vrbe,
Sanctiſsima Religionis Statuta,
Scribebat, Romae,
Anno Chriſtiano CIↃ DCXLIII.
A Portugalia reſtaurata III.

Fe-

Felix, fauſtuſq. Tibi ſic
Melchior à Graça
Tuus adventus, tuus abſceſſus;
Tu ad ultimum natus Occeanum
Qua tumentes Luſitanis litoribus vndas refringit.
Quam ſapientiam domi quaeſiſti,
Vt nihil deſit Tibi ad ſummam gloriam,
Hanc foris quoque inveſtigare non deſinis,
Sic Pythagoras, ſic Plato
Duo lumina vetuſtatis;
Quiſquis Minervae, quiſquis Muſarum
Amicus appellatur,
Hunc concilias, amas, colis,
Adorares, ſi fas eſſet,
Et hoc eſt, quod ille ait:
Simile ſimili gaudet,
Neque vehementior ſimilitudo, quàm virtutis:
Hoc Hiſpania, hoc Gallia, hoc Italia
Expertae ſunt.
Roma demùm, quam quae maximè
Quamobrem tùm
VRBANVM VIII.
Vti Maieſtatis, & Ordinis faſtigium ſummum,
Ita Literatorum apicem admirabilem,
Luculento hoc opere exprimendum ſuſcepiſti;
Tum literatorum ipſorum coronà cingeris,
Ornatiſq. naviter.
Itaque meam Ego ad fortunam traho
Contigiſſe mihi notitiam tui,
Tanti viri, tam praeclari,

Teq;

Teq. adeò obſeruabo, & colam perpetuò,
Vt quod tua cauſa haud faciam, nihil futurum ſit.
Bartholomaeum oppidò Tortolettum,
Tametſi nullius momenti hominem,
Habebis in tuo aere
Fidum, conſtantem, immutabilem;
Neque abs Te,
Quanquàm terrarũ, & marium ſpatijs ampliſsimis
Interjacentibus ſegregatum.
Abi bonis avibus, &
Maximum Pontificem defer ad Regem Maximum,
Maxima Maximis facillimè conjungantur.

Quiſquis horum Carminum
Mella, Gratias, Luſus
Offendes,
Ne mireris;
Ea ſiquidem Apibus Vaticani,
Gratiarum Diſpenſatori,
Feſtiviſsimo Principi
Inſcripſit
Melchior da Graça Luſitanus
Cui
Mel in ore,

Gra-

Gratiae in corde,
Luſus in calamo,
Auro aeſtimabiliora,
Sacratiora thure,
Myrrha incorruptibiliora.
Quò
Orientis ad Regum Regem donaria
Cum Regum Antiſtite,
Regis Regum Vicario,
Occiduus Melchior congeminaret:
Virtute duce, non Stella.
Felix vena,
Quae
In tantae Maieſtatis ſinum effundit
Non fictas Tagi divitias,
Sed veras Togae delicias
Vſuraria largitate!
Poetae amiciſsimi felicitati
Plaudebat,
VRBANI Magnanimitati
Latiſsimum vitae campum
Precabatur
AVSONIVS NOCTINOT.

Melchiori da Graça Luſitano,
Mathoſinienſi,
Doctori inſigni Portuenſi ſit gloria,
Qui

Qui melle ſuo vrbano,
Dulciſsima haec in lucem edidit Anagrammata,
Qui à Gratijs protectus
Luſit annis multis in literarum palaeſtris,
Dupliciq. laureola inſignitus refulget;
Meritò igitur
Portùs gloriæ in Portu ſtato debetur.
Hic, ab adoleſcentia Muſis charus,
Apollinis alumnus,
Et inter clariſsimos Vates receptus;
Nec mirùm, ſi Hiſpania, Gallia, Italia,
Praeclara ipſi lauri ſerta contexuere;
Hinc eſt, quod multis linguis peritus,
Multarum linguarum encomiá eſt aſſequutus.
Tandem Romae
VRBANI VIII. Pont. Opt. Max.
Ac Excellentiſsimae Domus BARBERINAE
Merita, & laudes devotiſsimè recolens,
Egregiam ingenij perſpicaciam,
Mentis candorem,
Doctrinam, eloquentiamq. demonſtravit:
Ergò
Tanti viri nomen, fama, ſcriptaq.
Cedri ſucco ſunt aſpergenda.
Vive igitur felix Melchior,
Hilariq. vultu, hoc, quicquid ſit,
Accipe
Euſebij Buonfanti Romani,
Amici, & benevoli animi
Teſtimonium.

* * *
*

Mel-

Melchiori à Gratia Luſitano,
Cui nulla deeſt gratia,
Quod Iuriſprudentiae, & Navalis militiae gloria
Maioribus ſuis ſe aequaverit,
Eoſdem
Religione, Poëſi, Hiſtoria, Eruditione,
Et variarum Linguarum cognitione
Superaverit:
Quod Principum Maximorum gratiam
Dexteritate in peragendis negotijs
Acquiſiverit,
Amicorum benevolentiam
Suavitate morum, animi candore,
Et virtutum omnium cumulo
Sibi conciliaverit,
Et perennem reddiderit:
Quod longiſsimis itineribus peractis,
Multis Europae viſis partibus,
Diverſorumq. Populorum moribus cognitis,
Sibi prudentiam Praxi comparaverit:
Quod multa ingenij ſui monumenta
In lucem ediderit,
Quibus
Abundè ſatisfecit opinioni Literatorum
De ſe conceptae:
Quod VRBANI VIII. Dignitate Maximi,
Scientia, & Prudentia admirabilis,
Virtutes
Exprimere, & laudare,
Hoc luculento Anagrammatum Libro,

¶¶ Feli-

Felici exitu tentaverit:
I. G. Ariminenſis I. V. D.
Hoc amicitiae monumentum
Ponebat. Romae
Annò Salutis CIↃ DC XLIV.

D. D.
Melchiori da Graça,
Quem
Iuriſutriuſque prudentia non minus illuſtrat,
Quàm illuſtratur;
Et Apoſtolicus Prothonotariatus
Informat ſimul, & illuceſcit;
Alma Roma,
Ob virtutes, Decorem, Scientias
Tertiò receptum,
Non ut Hoſpitem, ut Civem amplectitur.
Graecia
Barbarica occupatione impedita
Tradito idiomate
Inter priſtinos Heroas recipere geſtit.
Muſae
Decerptis ex Pindo floſculis
Sertis decorare certant,

Et

Et Apollini ſuo
Meliores ex ipſius cantillenis colligentes
Coronas intexunt.
Gratiae
Relicta Trinacria, & Alphaeo
Glorioſius Mathoſinium, & Laetiam incolentes,
Ipſius ſcriptis
Aſsiſtunt, adiacent, inhaerent.
Eum
Congr. S. Ioan. Evangeliſtae
In Luſitania
Hiſtoriographum meritò deputavit,
Vt immortalitatem
Tot monumentis aere perennibus
Congregationi altrici,& ſibi vendicaret.
Heroum mater Regia Domus BARBERINA
Non dedignata eſt meritam laudem
Ab ipſius ore melleo excipere.
Hoc
Amicitiae, & amoris munuſculum
Auguſtinus Rodriguez, Luſit. Vlyſſipponenſis
Grati animi ergò
V. C.
Romae Anno Chriſti CIↃ DC XLII.
Imperij Luſitani reparati III.

Digitized by Google

F Elix ante homini nunquã data penna; per Orbi
Solem alterum Orbi nomen VRBANI feres.
VRBANVM ſcribis, proh quã thema carminis in-
Ferendo Pindarus impar, & foret Maro. (gens!
Tu ne cede tamen, viris dabit iſſa voluptas,
Scribendo, parta gloria VRBANVM dabit.
Ne verearé etiam ſcribenti ut copia deſit
Eſt tamen hoc unum omnium laudum ferax.
Omnes hoc uno praeſcribes nomine laudes,
Quas Gratiarum Principi dant Gratiae.
Nève time ingenio; Solem petere auſa volatu
Te perſpicacis alitis pennam probas.

P. Aloiſius Rodriguez Luſitanus, è Soc. Ieſu.

I.

Tranſpoſitis mutare notis dum verba laboras
Melchior, VRBANAS dicere doctus APES.
Vocibus è medijs purum deducere nectar,
Preſſaq. verborum condere mella paras.
Dum laudatur APIS genitrix pulcherrima mellis
Hae de laude, reor, non niſi mella fluent.

II.

Melchior à Gratia Doctor Luſitanus
ANAGRAMMA.
Ter glorioſa luci auctor mandaſti
Melchior VRBANAM laudas Vrbane tiaram
VRBANI, tibi adeſt quid, niſi trinus honor?

D. Alexander de Conſedentibus Romanus Canonicus Sec. Congr. S. Georgij ab Alga Venet.

Non

Non uſquam laudum meta eſt VRBANE tuarum
En tibi ab extremo littore plauſus adeſt.
Luſiadum te Muſa canit de finibus orta
Felix, cui tantum fas celebrare decus.
Sed quid ego extremo de littore? Fabula Calpe eſt,
Quae pridem fuerat navibus eſſe metus.
Nam cum te totus terrae circumſonet Orbis,
Ipſa quoque Occeano Nuncia Muſa venit.
Nunc, quos claudit adhuc gremio tibi fundere Mundos
Et nihil Imperio velle negare tuo.
Scilicet ut, quia virtutum tutè ultima meta es,
Nec tua tranſiri gloria ſumma queat.
Bartholomaeus Tortolettus Veron.

Semideos Orbi divina poemata Vates
Pangere divino pectine, fama canit.
Sic à divina quem Maieſtate ſecundum
In terris hominem praecipit eſſe Deus.
Divino (quantum non audent carmina!) verſu
In Phaebi, & turbae Virginis ora vocas.
Debuit VRBANVS vel Homeri carmine ſcribi,
Vel proprio; facta eſt at tua tanta ſeges.
Quod ſi difficili fluat undans carmine vena,
Aut non exacuat Muſa Epigramma ſuum;
Tunc Vaticanas, quae dulcia acumina *praeſtent*
Laudibus VRBANIS inveniemus APES.
Sic & acumen erit, mellitaq. gratia metro;
Nam VOS, & nobis mellificatis APES.
D. Auguſtinus Rodriguez
Vlyſipponen. Luſitanus.

Quid

Quid tua clara voves VRBANO lumina Soli,
VRBANI Apibus quid tua mella dicas?
An quia dum Sol eſt, meritò Rex ille nitorum eſt?
Dumq. Apis eſt, meritò, ſtemmata mellis habet?
Sed tua mella voves Apibus, namq. appetis alas,
Queis cerà ſtructis alta per aſtra voles.
Sic & inaceſſas ſuperaverat Icarus auras
At dum Sol alas diſcutit, ille cadit.
Ne radios timeas, nam Sol cui mella dicaſti
Ipſe tuis alis novit habere fidem.
Icarus Icarijs nomen dedit obrutus undis,
Tuq. volans auris nomina prima dabis.
Hos VRBANE igitur ne dedignare nitores,
Sumant iſta tuae munera mellis Apes,
Nam benè conveniunt Muſarum carmina Regi,
Et benè mellifico debita mella Duci.

D. D. Carolus Magrus Melitenſis Philoſ. ac Sac. Theol. Doctor, Iuris Vtriuſque, ac Linguae Arabicae ſtudioſus.

VRBANI titulis varias inducere formas
Non erat Auctori Pontificiq. ſatis,
Ni ſimul VRBANI, ſanctaeque inſignia Sedis
Arte pari ſacras multiplicaret Apes.
Verùm aberat Protheus, aberāt, et numina, per quae
Olim excuſa haec ars, nunc revocanda foret.
Quid faciat? Tot cudit APES, quot carmina, mi-
Dictu; melle ſuo nobile acumen habent. (rum

Monſieur della S. Gallus.

O quan.

O quantas VRBANE tegunt tua nomina laudes;
Multiplici ſenſu litera nulla caret.
In varias igitur verborum elementa figuras
Melchior immutet, premat & inde decus.
Sic quod Apũ minima haec nõ praeſtat copia laudis,
Ars varians voces ingenioſa dabit.

P. Pantaleon Carvaglio Luſitanus
è Societ. Ieſu.

I.

Melchior VRBANI tangis dum facta Parentis,
Melliſluoq. canis carmine dulcis Apes:
Laurum pro merito Phaebus tibi reddet; Apeſq.
Mella dabunt memores: dulce perenne canes.

II.

SOvra l'ali del Sol, oltre le Stelle
Melchiorre gentil poggia il tuo ingegno,
Mentre del Grãd' VRBAN' le glorie, e il Regno
Co'l Canto eſprimi, e poeſie novelle.
Merauiglia non è, che quaſi ancelle
T'aſsiſtano le Muſe, e giungi à ſegno,
Che le Grand' API d'or con honor degno
Reſplender fai come del Ciel facelle.
Tu BARBERINA Prol' Madre d'Heroi,
La cui fama non chiudon Battro, e Thile,
Non ſdegnar chi dà lode à merti tuoi.
E ver, che alle tue glorie ogn'alto ſtile
Pover appar', onde ſcuſar Tu puoi,
Ch'à divin merto humana lode è vile.

D. Euſebius Buonfanti Roman. Canonic. Secul.
Congregationis S. Georg. ab Alga Venet.

Tri-

Trinae, Gratia, Principem coronae,
Trium melle favos Apum ſuperbos;
Trinum Purpurei decus Senatus;
Tadeum, Carolum, piam Columnam,
Et cum Matre ſacras duas Sorores,
Ac Caeli reliqua Aſtra BARBERINI,
Ternarum canis ore Gratiarum.

P. M. F. Cyprianus de Mendoça, Luſitanus, Sac. Theol. Doctor, Viſitator Maximus Ordinis S.Benedicti, alterq. è ſelectis ad propugnandum in Vrbe ſanctiſsima Religionis Statuta.

Illuſtrem tibi Monteſinus ortum
Vrbano edite monte, ſplendor Orbis
Felix Luſiadum dedit dedère
Aeternum tibi nomen; Vtriuſque
Iuris candiditas; ſimul Reorum
Cauſa, ò Gratia, qua Patronus & Te
Ornaſti, & Patriam, & Tribunal omne;
VRBANI aſt Anagramma candidatum
Te pulchro decoravit Vrbe plauſu,
Vt Tu, & Patria Monteſinus, altè
Ad Caelum ſupero favore ſurgas.

D. Benedictus Pereyra Luſitanus, I. V. Licentiatus Conymbricenſis.

Pe-

Podem d'VRBANO OCTAVO os Eſcrittores
Louvores deſcrever, mas nam louvalo,
Como merece, ò Graça ; *sò os luovores,*
Que days ſublime podẽ eternizalo
Com luz eterna, com as purpureas flores,
Com que ſubiſtes alto a coroalo:
Acçàm valente foy louvar VRBAÑO,
Empreza digna d'homem Luſitano,
Antonio Pinto Pereyra Portugues.

Grande decus dedit VRBANI tibi carmen in Vrbe;
Aſt animus longè grandius Orbe dabit.
Ergò age, divini veſtigia ſemper adora
Principis, vt dio Gratia melle fluat.
P. D. Scipio Polydorus Romanus
Sac. Theol. Doctor, Canon.
Secularis Congregat. S. Georgij ab Alga Venetiarum.

Pennata ſcribens fama, mundano tua,
VRBANE, libro, merita bis annos decem;
Sibi deeſſe paginam, & calamos dolet:
Cantare centum poſſe nec linguis pudet
Quae fecit VNVS, vna ſed ſat Gratia,
Splendore laudum decorat VRBANVM jubar;
Nam tàm diſertè cantat iſta Gratia,
Quàm Phoebus ipſe cantat, & Muſae novem.
P. Octavius Cataneus è Soc. Ieſu.

Aurea felici fluerent dum ſecula mundo
Omnibus & potus, nectar & eſca fuit.
Ne felix, oro, Romani quaerite ſeclum
Nam tota VRBANO nectare Roma fluit.

P. Ioannes Laghar Gallus
è Soc. Ieſu.

Fortè ſoporifero devictus lumina ſomno
Ambroſius, mollem projectus membra ſoporem
Concipit, Hyblaeae praedatrix Chloridos ales
Huc volat, & caeli latices, ac veris honores
Ore legens; linguae, plaudentibus incumbat alis,
Ambroſiae, atque animã inſpirat flagrantis Hymetti.
Conde meis VRBANE favos in faucibus; Ales
(ROMVLE) Gentilis, mellis vindemitor ales
Excludat ceras, & mella tenacia figat.
Protinus VRBANI mellis caeleſtia dona
Exequar; Ambroſium VATES ſpirabit Hymettũ.

Antonius Pages Gallus
è Soc. Ieſu.

Quàm dulci tonat eloquio tua Gratia Romae,
Dum canit Vrbanis mellea jura favis. (to
Quanta PATREM decorant virtutũ munia; quan
Gloria Luſiadum, GRATIA, Sole micas!
Ergò ſimul celebres meritorum gloria laudes
VRBANI, atque Tuas jam reſonare facit.

D. D Loleyrius Baſſus
Veliternus I. V. D.

M 1

Melchior de Gratia Luſitanus

Anagramma

Gratè ſuis Heris calamo ludit.

VRBANIS Apibus nunc Portugallia portat
Magnificum munus, melliſluasq. dapes.
Melchior en alter Regum procumbit adorans
Regem, cui meritò dulcia mella vovet.
Oblatum gratè *Romani plaudite donum*,
Quaeque ſuis calamo *GRATIA* ludit Heris.

D. Ioannes Maria du Pol D. de Sainct Tronquet, & Berfueil Avenionenſis.

I.

GRATIA dulce canit, profuſaq. nectare pangit
Carmina! mellita eſt, dulciter ergo canit.

I.

Carmina ſi quaeras cur GRATIA dulcia pangat;
Dicam: VRBANA favis Regia miſcet APIS.

D. Ioannes Franciſcus Savarius Eccleſiae Militenſis Archidiaconus.

Ingenium, & virtus in Te generoſa refulgent,
Et ſimul aſsiſtunt, Gratia, Fama, Decus.
Quid magè? materiam largus tibi cedit Olympus
Vrbanam; maius nil dare in Orbe poteſt.

D. Chriſtophorus Pinheyro Bayam, Luſitanus.

DA' le ſponde del Tago al Tebro in ſeno
Reca Ingegno ſublime aurei teſori,
Per le glorie d'VRBAN, che co'i ſplendori
Di ſue immenſe virtudi il Mondo hà pieno.

Nel Poëtico campo, ove l'ameno
Sfavilla ognor de'i più vivaci fiori;
Sceglie ſerto gentil, ne' cui colori
Splende il SOL Barberin chiaro, e ſereno.

D'uguagliar, d'emulare unqua non penſi
L'opra ingegno mortal, caduca mano,
C'han le Talpe appo il SOL deboli i ſenſi.

Cede abbattuto ogni ſavere umano;
Da sì nobile oggetto, e non convienſi
Celebrar, che à una GRAZIA il grand'Vrbano.

Lodouico Proſperi di Velletri.

Be-

Benigne Lector:

Neceſſe fuit, vt in hoc Opuſculum irrepſerint errata, quae vides, dum ego & vitae, & ſanitati conſulens, intempeſtivo ad divertendum tempore, dierum nempe Canicularium, Romae degerem, Typographus autem Velitris. Vale, & corrige:

In prima Libri facie lin. 9. *Protbonotario*, lege: Protonotario
fol. 5. lin. 15. *puabo* putabo
fol. 10. lin. 19. *Tadeus* Thadeus
fol. 24. lin. 9. *Vrbani* Vrbanus
fol. 29. concorda Titulum.
fol. 43. lin. 23. *curam* cura
fol. 47. lin. vlt. *talem* talem
fol. 51. l. vlt. *vinea* vinea
fol. 54. lin. 10. punctum delendum eſt.
fol. 67. lin. vlt. *Regio* Regia
fol. 67. lin. vlt. *coelu* caelum
fol. 68. lin. 3. *R.O.* RO.
fol. 72. Epigr. II. *debet expungi, nam ſupra recenſetur* fol. 31.
fol. 74. lin. penult. *Apoſtolae* Apoſtole.
fol. 77. lin penult. *repreſsit* repreſsit
fol. 79. lin. penult. *Vrbt* Vrbe
fol. 83. lin. 13. *variliter* viriliter
fol. 84. lin. penult. *ſerenus* ſerenas
fol. 88. lin. 12. *recluſit* recluſis

fol.

Digitized by Google

fol. 94. lin. vlt. *delegit* deligit
fol. 98. lin. penult. *inguentes* ingentes
fol. 101. lin. vlt. *ſint* ſint
fol. 103. lin. 2. *Damaſe* Damaſus
fol. 103. lin. 24. *Santitade* Santidade
fol. 13. lin. 28. *Qua ao* Qu' ao
fol. 105. lin. 3. *remanſae* remenſae
fol. 107. lin. 2. *placidum* placidam
fol. 112. lin. penult. *ſubu mbra* ſub vmbra
fol. 113. lin. vlt. *VRBANO* VRBANI
fol. 120. lin. 1. *pulchriq.* pulchris

Digitized by Google

Digitized by Google